Weber, Leo
Anacreontea.

ANACREONTEA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

CONSENSU ET AUCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

LEO WEBER

VIMARIENSIS

GOTTINGAE

PROSTAT IN LIBRARIA DIETERICHIANA

MDCCCXCV

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
U. de Wilamowitz-Moellendorff prof.
Examen rigorosum habitum est die XIX. mens. Decembris a. XCIV.

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

PIETATIS ERGO

Caput primum.

De Anacreontis vita eiusque carminum editionibus antiquis.

Teo Anacreontis patria urbe anno 545 a Persis expugnata (Her. I 168) poeta quin una cum popularibus Abderam sese contulerit non dubium est, si quidem id, quod Suidas de eo dicit (s. v.): *ἐκπεσὼν δὲ Τέω . . . . ᾤκησεν Ἄβδηρα ἐν Θρᾴκῃ*, veteres recte concluserunt ex eius carminibus, quibus Thraciae urbis mentionem fecit (cf. eius in Agathonem Abderiten epigramma A. P. VII 226 et fr. 130: praeterea versum illum, qui de Teiorum colonia circumferebatur *Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικίη* Strab. XIV 644, quem Anacreontis esse coniecit Crusius apud Pauly-Wissowa I 2036). Quamdiu ibi fuerit non constat, Samum autem certe tum venit, cum Polycrates totius insulae imperium obtinuit. Veteres eodem tempore poetam etiam floruisse tradunt (cf. Hieron. ad Ol. 62), quod cur sumpserint apertum est; quia enim Polycratis in aula fuit eiusque magnificentiam carminibus celebravit, id quod antiquis summus eius vitae eventus esse visus est, aetatis robur iam adeptum Anacreontem eo se contulisse persuasum habebant. Haec igitur ratio quamquam externarum tantum rerum cogitatione nititur, tamen non prorsus falsa est: nam de urbis patriae interitu cum ipse loquatur (fr. 36. 72), sic quoque ad annum 570 fere reducimur vitae initii terminum extremum.

De Samio eius vitae tempore veterum testimonia minime desunt: omnia me hic reddere quia opus non est, sufficit vetustissimam omnium attulisse Herodoti memoriam III 121, ubi de Oroeta Persarum satrape Polycrati insidias parante haec leguntur: *οἱ δὲ ἐλάσσονες* (oppositi sunt *οἱ πλέονες* 120) *λέγουσι πέμψαι Ὀροίτεα ἐς Σάμον*

κήρυκα ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον (οὐ γὰρ ὦν δὴ τοῦτό γε λέγεται) καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι, παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον· κτλ. Haec et alia quae ibidem narrantur omnia ad Samiorum sermones quin redeant dubium esse non potest. Nimis multa autem concluserunt ex his verbis ii (cf. Welcker, Kl. Schr. I 254), qui putabant illa Herodoti narratione significari Anacreonti, ut sua negotia procuraret, Polycratem mandavisse; nam nihil aliud apparere mihi videtur ex hoc loco nisi id, quod ibi dictum sit, Anacreontem fortuito adfuisse satrapis nuntius cum adveniret; qua in re uterque versatus sit in incerto relinquitur. Igitur idem fere haec indicant atque ea, quae Strabo de poeta dicit XIV 638: *τούτῳ (Πολυκράτει) συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός· καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης.*

Usque ad tyranni mortem Sami fuit poeta et perturbationes quoque, quae post eius mortem in illa insula exortae sunt, ipse vidit. Earum enim mentionem fecit in eo carmine, in quo Megisten Polycratis puerum alloquitur (fr. 16)[1]. Postea (quantum temporis spatium intersit nescitur) Athenas venit ab Hipparcho tyranno adductus (*Plat. Hipparch. 228 c, Arist. *Ἀθ. πολ.* 18, 1). Ibi ei ad Critiae quoque domum aditus erat paratus (Plat. Charm. 157 e), etiam versus servatus est carminis, in quo eum allocutus est (schol. Aesch. Prom. 128 = fr. 56). Postea huius Critiae nepos, tyrannus ille, Anacreontem carmine celebravit (Athen. XIII 600 d). Non tam certa res est de Xanthippo Periclis patre. Himerius, qui ad Iulianum imperatorem profecturus Thessalonicae orationem habet, sese comparat cum Simonide, qui Pisam pergens in itinere ab Eleis ad eorum urbem ante Iovem

1) Non sine probabilitate quadam Crusius l. c. p. 2038 hunc quoque versum Anacreonti tribuit qui legitur Zenob. III 90 (= Corpus paroemiogr. I 79): ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη· Συλοσῶν Σάμιος φίλος ἐγένετο Δαρείῳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ἐν Σάμῳ δυναστείαν παρέλαβε τελευτήσαντος Πολυκράτους. Non recte autem sic pergitur: ἐπεὶ δὲ πικρῶς καὶ χαλεπῶς ἦρχεν, ἐκλιπόντες τὴν νῆσον οἱ πλείους μετῴκησαν. ὅθεν ἡ παροιμία (sic quoque Strab. XIV 638). Sylosontem, tyranni fratrem, Persarum regis iussu Otanes satrapes vi et armis tyrannum fecit, plurimi autem cives, qui eius imperium non posse ferri putabant, aut volentes insula relicta alibi novum domicilium sibi paraverunt, aut, cum Persis resisterent, interfecti sunt. Cf. Herodoti harum rerum narrationem III 144—149, et imprimis 149: τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι παρέδοσαν Συλοσῶντι ἔρημον οὖσαν ἀνδρῶν.

Olympium celebrandam evocatur, deinde cum Anacreonte et Pindaro (or. V 3): *ἔχαιρε μὲν Ἀνακρέων εἰς Πολυκράτους στελλόμενος τὸν μέγαν Ξάνθιππον προσφθέγξασθαι· ἡδὺ δ' ἦν καὶ Πινδάρῳ προσειπεῖν πρὸ τοῦ Διὸς τὸν Ἱέρωνα,* cum Alcmane, qui Iovem Lycaeum celebraturus Spartae et Castori et Polluci carmen facit. Quaeritur quid ex hac verbosa sophistae declamatione concludere liceat. De Alcmanis duobus carminibus esse cogitandum apparet, in Simonide eadem res erit, quamquam certius aliquid de ea dici non poterit; Pindari Ol. I Himerium intueri Welcker persuasum habet (Kl. Schr. I 253), verba autem *ἔχαιρε — προσφθέγξασθαι* referenda esse ad Anacreontis carmen Polycratis laudes continens, cuius in exordio poeta Xanthippum allocutus sit (cf. enim, quae de *στελλόμενος* ibidem Welcker dixit). Carmen igitur esse videtur, quod in tyranni mortui memoriam fecit, cum Athenas sese contulisset. Neque id constare potest ex illis verbis, quod Welcker voluit (l. c., et qui eum sequitur Crusius l. c. p. 2038), Anacreontem iam ante Polycratis mortem per aliquod tempus Athenis fuisse indeque Samum revertisse. At huius testimonii fidem in dubium vocat Wilamowitz (ind. lect. Gott. 1889, p. 22), qui *τὸν ξανθὸν Μεγίστην* pro *τὸν μέγαν Ξάνθιππον* ponere vult. Sed proconsulem, ad quem orationem habet, cum Megista puero Himerius num comparare potuit? Neque causa esse mihi videtur, cur offendamus in eo, quod Himerius magnum eum nominat Xanthippum (certe in modum sophistarum grandiloquae demonstrationi indulgentium veritatem diligenter non servans), quamquam poetam in eo carmine, ad quod ille respicit, Xanthippum iuvenem allocutum esse tempus docere videtur. Sed hoc non unum est Anacreontis carmen, cuius testis solus est Himerius. In orationis tertiae initio Basilium sic alloquitur: *„χαῖρε φίλον φάος χαρίεντι μειδιοῦν* (*μειδιόον* l.) *προσώπῳ*. *μέλος γάρ τι λαβὼν ἐκ τῆς λύρας εἰς τὴν ἐπιδημίαν προσᾴσομαι, ... ὀλίγα παρακαλέσας τὴν ποίησιν δοῦναί μοί τι μέλος Τήϊον* (*ταύτην γὰρ φιλῶ τὴν μοῦσαν*), *ἐκ τῶν ἀποθέτων τῶν Ἀνακρέοντος τοῦτόν σοι φέρων τὸν ὕμνον ἔρχομαι, καί τι καὶ αὐτὸς προσθεὶς τῷ ᾄσματι· „ὦ φάος Ἑλλήνων καὶ τῶν ὅσοι Παλλάδος ἱερὸν δάπεδον Μουσάων τ' ἄλση νεμόμεθα"* . . . . Ultima haec verba ab Himerio Anacreontis verbis addita esse vides, nam quae dicit *ὦ φάος Ἑλλήνων κτλ.* verbose amplificant poetae versum quem in initio posuit

,χαῖρε φίλον φάος'. Sed quaenam sunt carmina ἀπόθετα? Atque Blass (Rh. M. XXIX 156), collato Plat. Phaedr. 252 b (ubi Homeri ἀπόθετα ἔπη commemorantur et duo versus ex iis afferuntur), quia haec Anacreontis carmina ab Himerio item nominantur, hac notatione illum ea aeque a se subdita esse indicare voluisse censet. Homeri quidem verba ibi a Platone ipso ficta esse constat (cf. enim quae e Cratylo affert Lobeck Aglaoph. p. 861), et apud Himerium eandem quoque rem esse conici poterit, ita ut sophista ea, quae verbis ludens ex his Anacreontis carminibus sumpta esse simulat, ipse sibi excogitaverit: sed metrum [2]) minime vulgare est aut cotidianum, praeterea Himerio vix usitatum; deinde carmina ἀπόθετα hic prorsus alia esse videntur. Sunt enim carmina recondita quae omnibus minime praesto sunt [3]). Tunc autem habemus certissimum eius rei testimonium, quantopere genuina Anacreontis carmina posterioribus saeculis ab aliis, quae ad horum imitationem facta sunt, submota e legentium memoria evanuerint, ut Himerius, qui haec prisci Anacreontis carmina plurimis prorsus ignota novit, doctrinam suam cum ostentatione quadam exhibere potuerit. Himerius igitur omnia Anacreontis carmina quin legerit dubium non est. Haec autem carmina ἀπόθετα opposita sunt aliis iisque plurimis notissimis; eius igitur tempore delectus tantum quorundam Anacreontis carminum ab omnibus legebatur, certe eorum, quae perinde atque odaria Anacreontica personam proponunt poetae, atque imprimis eius, qui senectute quidem oppressus tamen amori et vino deditus esse non desierit. Hominum posteriorum, qui poetam totum percipere non poterant, sed eius notitiam habebant propter ea tantum, quae in eo maxime insignia iis esse videbantur, haec de poeta

---

2) Metrum est: – ◡ ◡ – ◡ – ◡ ◡ – ◡ | – ◡ – ◡ – –, idem atque Sapph. fr. 85, sed non ex aeolica poesi ab Anacreonte petitum; dactylus pro trochaeo positus ionicum quoque fuisse indicat. Diiambum cum ithyphallico coniunctum habes in fr. 30 (Heph. p. 55 W.): – ◡ ◡ – ◡ – ◡ – | – ◡ – ◡ – – . Metrum quidem saepius in tragoedia redit et Callimachus quoque adhibuit (cf. Heph. p. 54 W.), sed primi iambi anaclasis hoc tantum loco inveniri videtur. — Bergk (Anacr. p. 267) coniecit initium esse carminis in laudem Hipparchi scripti, quod argumento confirmari non potest.

3) Similiter Athen. V 214 e (de Apelliconte Teio): . . . καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πόλεων εἴ τι παλαιὸν εἴη καὶ ἀπόθετον (ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο), Themist. or. IV 60: στῖφος ἀρχαίας σοφίας οὐ κοινῆς οὐδὲ ἐν μέσῳ κυλινδουμένης, ἀλλὰ σπανίου καὶ ἀποθέτου. De re vide Lobeck l. c. p. 862.

sententia a vera quam aliena sit pluribus dici opus non est, quia priscam eius imaginem cognitam habemus e praeclaro illo Anacreontis signo Berolini nunc servato [4]).

Sed ad poetam ipsum revertamur. Quam diu post Hipparchi mortem Athenis fuerit [5]) aut quo tempore et ubi supremum diem obierit nescimus. Theocriti quidem epigramma 16 et Simonidis quod dicitur A. P. VII 25 Tei eius esse sepulcrum sumunt, ut poetam sub vitae finem in patriam urbem rediisse verisimile esse videatur, quamquam horum testimonio tantam fidem non inesse puto, ut utrumque potius fabulam de poeta reddidisse negari possit.

Tali in Anacreontis poesi, quae pristinorum temporum memoriam revocare non studeat, sed dona praeferat, quae praesens tempus vel dies praebet, historiam fabularum omnino neglegi nemo certe mirabitur: propter harum contemptionem licet eum comparare cum Mimnermo Colophonio. Paucas igitur tantum res eius poesis amplectitur.

Terrarum et regionum, quas ipse vidit, notitia Aegaei maris fines transgredi non videtur. Abderae quia fuit, Thraces quoque, quibuscum Teiorum colonia saepius certe bellum gessit, eum nominavisse (fr. 130) supra iam dixi. Mysorum inventionem aliquam commemorat fr. 35, *Σόλοικον* [6]) *φθόγγον* nominat rusticam, ineptam vocem fr. 79;

---

4) Cf. Kekulé, Jahrb. d. Inst. 1892, p. 119 et tab. 3. Anacreontis statua Hauniensis (Arch. Ztg. 1884, tab. 11) et signum Berolinense redeunt ad statuam quandam saeculi quinti aeneam: cf. Kekulé, l. c. p. 122. De aliis poetae simulacris, quae indidem derivanda esse affirmatur, v. Furtwängler, Meisterw. p. 92 adn. 1. Sed recte iudicaverunt neque Kekulé neque Furtwängler (l. c.), cum hanc saeculi quinti statuam ille a Cresila, hic a Phidia factam esse persuasum habent atque eandem, quam in Atheniensium arce positam esse Pausanias dicit (I 25). Argumenta, quae uterque protulit, has sententias fulcire non possunt. Brunnii coniecturam (ann. 1859, 184), qui Anacreontis, Xanthippi, Periclis statuas, quarum Pausanias l. c. mentionem facit, inter se cohaerere et eiusdem artificis, h. e. Cresilae opus esse putabat, redarguit Furtwängler, l. c. p. 98 adn. 6 (cf. quoque Six, Jahrb. d. Inst. 1892, 188 adn. 19). Sed etiam huius viri docti sententia, Xanthippi et Anacreontis signa ab eodem, h. e. Pericle esse dedicata, minime certa est, etsi ea, quae supra de Anacr. fr. 126 dixi, sic confirmari velim.

5) Larissae apud Aleuadas eum fuisse constat, de quo vide quae infra ad A. P. VI 136 et 142 dicam.

6) Herodian. de barbar. apud Ammon. p. 193 Valcken.: Σολοίκους δὲ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τοὺς βαρβάρους· ὁ γὰρ Ἀνακρέων !φησί (l. c.)· 'κοίμησον δ' ὦ Ζεῦ Σόλοικον φθόγγον', καὶ Ἱππῶναξ (fr. 46)· 'καὶ τοὺς Σολοίκους, ἢν λάβωσι, περνᾶσι (?) Φρύγας μὲν ἐς Μίλητον ἀλφιτεύσοντας'. Simili modo verbo σολοικίζειν translate

στέφανον Ναυκρατίτην (de quo v. infra s. v.) fr. 83. Eodem modo atque omnibus aequalibus maris mediterranei regionum occidentalium scientia ei minime deest: notissimus ei est Tartessiorum ille rex, qui centum quinquaginta annos regnavit (fr. 8), Arganthonii nomine non appellato (Strab. III 151), quia eo tempore omnium fuit in ore; primus hoc fecisse videtur Herodotus (I 163), qui centum viginti annorum quos vixit octoginta eum regnavisse addit, fabulosam de eo memoriam aequalibus aliisque (velut Ciceroni: cf. Cat. mai. 60) sic verisimiliorem faciens. Quibuscum cf. Plin. n. h. VII 154: *Anacreon poeta Arganthonio Tartessiorum regi CL tribuit annos, Cinyrae Cypriorum decem annis amplius, Aegimio CC.* (Praeter Tartessium hos quoque poeta num nominaverit, non tam certum.) Atque paululum infra idem dicit: *sed ut ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum LXXX annis regnasse prope certum est, putant quadragesimo coepisse.*

Restat, ut hic de antiquis Anacreontis carminum editionibus pauca addam.

Hephaestio in eo libelli loco, in quo de Anacreontis carminis primi distributione strophica loquitur, haec dicit (p. 70 W.): *κατὰ μὲν γὰρ τὴν νῦν ἔκδοσιν ὀκτάκωλός*[7]) *ἐστιν ἡ στροφή, κτλ.* Duae igitur carminum recensiones fuerunt, quae diversis temporibus in usu fuisse videntur. Atque Bergk quidem, cum *τὴν νῦν ἔκδοσιν* Aristarcheam esse persuasum haberet (Anacr. p. 26), eam ab Aristophanea discernendam esse putavit. Ita esse ex iis conclusit, quae Hephaestio de Alcaei recensionibus dixit (p. 75 W.): *ἐπὶ δὲ τῶν Ἀλκαίου ἰδίως, κατὰ μὲν τὴν Ἀριστοφάνειον ἔκδοσιν, ὁ ἀστερίσκος ἐπὶ ἑτερομετρίας ἐτίθετο μόνης· κατὰ δὲ τὴν νῦν τὴν Ἀριστάρχειον, καὶ ἐπὶ ποιημάτων μεταβολῆς.* Sed ibi recensioni Aristophaneae opponitur *ἡ νῦν ἔκδοσις ἡ Ἀριστάρχειος*: itaque cum hoc loco Hephaestio verbis *τὴν νῦν* addat *τὴν Ἀριστάρχειον*, haec distinctio

utitur Her. IV 117 φωνῇ δὲ οἱ Σαυρομάται νομίζουσι Σκυθικῇ, σολοικίζοντες αὐτῇ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου, ἐπεὶ οὐ χρηστῶς ἐξέμαθον αὐτὴν αἱ Ἀμάζονες. Cf. Hes. σολοικισμός· ὅτε τις ἀτέχνως διαλέγεται.

7) Cum hac carminis distributione cohaerere lectionem θηρίων v. 3, quae tradita est apud anonymum Ambrosianum quendam (Anecd. varia gr. I 230 Studem.), animadvertit Bergk. Carmen num integrum sit non constat, quia fortasse etiam in proximis similiter mutatum erat, ut pro versu pherecrateo glyconeus legeretur.

ab illa plane diversa est. Bergk igitur quin erraverit dubium non est. ἡ νῦν ἔκδοσις, quam Hephaestio ibi commemorat, ea tantum esse potest recensio, quae eius tempore in usu erat. Inter has igitur duas editiones discrimen quoddam certe fuit: quale autem fuerit accuratius dici non potest. Sed haec, cui ἡ νῦν ἔκδοσις ab Hephaestione opponitur, recensio quaenam est?

Anacr. fr. 51. 2 varia est codicum memoria: ἐν ὕλῃ κεροέσσης habent Athen. IX 396 d et Ael. h. a. VII 39, ἐν ὕλαις κεροέσσης autem schol. Pind. O. III 52, qui praeterea Zenodotum ibi mutavisse dicit: *Ζηνόδοτος δὲ μετεποίησεν ἐροέσσης, διὰ τὸ ἱστορεῖσθαι τὰς θηλείας κέρατα μὴ ἔχειν, ἀλλὰ τοὺς ἀρρένας. οἱ μέντοι γε ποιηταὶ πάντες κέρατα ἐχούσας ποιοῦσιν.* Hanc lectionem Zenodoteam ut genuinae lectionis depravationem respuit Aristophanes Byzantius (cf. Ael. l. c.), ubi pleniorem quoque grammatici sententiam redditam invenies. Aelianus enim, postquam inter aliorum poetarum etiam Anacreontis verba attulit, in quibus omnibus cervae cornua habere dicuntur, sic concludit: *πρὸς δὲ τοὺς μοιχῶντας τὸ λεχθὲν καὶ μέντοι καὶ φάσκοντας δεῖν ἐροέσσης γράφειν* (Anacreontis igitur verba intuetur), *ἀντιλέγει κατὰ κράτος Ἀριστοφάνης ὁ Βυζάντιος, καὶ ἐμέ γε αἱρεῖ τῇ ἀντιλογίᾳ.* Zenodotus autem num ipse lectionem mutaverit mihi valde dubium: res potius haec esse videtur, ut Zenodotus in Anacreontis carminum codice suo, quem Aristophanes etiam inspexit, falsam lectionem *ΥΛΗΙϹЄΡ* . . . pro *ΥΛΗΙΚЄΡ* . . . invenerit. Hoc certe constat ὕλαις (vel rectius ὕλῃσ᾽), quod schol. Pind. retinuit, huc esse reducendum. Zenodoti alio quoque loco mentio fit. Zonar. 1512 (e Phrynicho): *τὸν δὲ μοχλὸν ἐν τῷ χ̄ καὶ Ἀττικοὶ καὶ Δωριεῖς καὶ Ἴωνες πλὴν Ἀνακρέοντος· οὗτος δὲ μόνος σχεδὸν τῷ κ̄, Ζηνόδοτος δὲ* ⟨*μοχλόν*⟩ [suppl. Bergk] (fr. 88)· ʽ*κοὺ μοκλὸν ἐν θύρῃσι διξῇσιν* (*οὔρῃσι δίζῃσι* libri: em. Bergk) *βαλὼν ἥσυχος καθεύδει*ʼ. Huius quidem formae fides quamquam non satis confirmata est, tamen Zenodotea lectione quaecunque fuit fortasse opus non est: nam e vulgari potius sermone poetam hanc formam sumpsisse coniciam [8]). Itaque

8) Neque reliqua eiusdem fragmenti verba huic sententiae obstant: Anacreon enim hoc loco hominem quendam (Artemonem? cf. fr. 21) cavillatur, cuius e domo, quamquam fores repagulis occlusae non sint, nulla res a furibus noctu auferatur, quia omnino ibi nihil sit, quod quisquam ei furari possit. Similiter Catullus Furii

vituperat Phryn. 308 Lob.: *μοκλὸν μὴ λέγε διὰ τοῦ κ̄· ἀδόκιμον γάρ· ἀλλὰ διὰ τοῦ χ̄* (alio loco non invenitur). Ex iis igitur, quae de Zenodoto traduntur, concludere non licet eum Anacreontis carmina recensuisse aut commentarium in ea scripsisse. Atque eadem res est etiam in Aristophane Byzantio. Praeter Bergkium quidem Crusius quoque (l. c. p. 2035) illum carminum recensionem fecisse persuasum habet, sed recte iam Nauckius animadvertisse mihi videtur (Arist. Byz. p. 61. 111) ea, quae de cervis cornua secundum poetas ferentibus apud schol. Pind. et Ael. l. c. dicuntur, interno quodam nexu cohaerere cum iis, quae ex Aristophanis *Λέξεων* reddit Eustathius 1625, 44 (= fr. IV N.): .... *λέγει* (Aristophanes) *δὲ* ..... *καὶ ὅτι αἶγες καὶ ὄϊες θήλειαι κέρατα πολλάκις ἔχουσαι κεράδες καλοῦνται.* Quae cum ita sint, unus tantum restat Aristarchus, cui hanc Anacreontis carminum recensionem tribuamus, quae ab Hephaestione opponitur *τῇ νῦν ἐκδόσει*[9]): praeterea quia Athenaeus in dissertatione, quam de Anacreontis fr. 41 instituit (de qua v. infra s. *λύγος*), haec dicit (XV 671 f.): *Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος* .. *ἐξηγούμενος τὸ χωρίον* (Anacr. l. c.), *ἔφη* .., Aristarchum, qui Anacreontis carmina perpetuo instruxit commentario (*Ἀνακρέοντος ὑπόμνημα* quoddam commemorat Orion 3, 11 = fr. 134), eorum recensionem quoque quae valuit fecisse non sine probabilitate conici poterit.

Suidas (s. v.) de poeta dicit: *ἔγραψεν ἐλεγεῖα καὶ ἰάμβους, Ἰάδι πάντα διαλέκτῳ*, ubi *μέλη* desiderantur; quod legitur paullulum infra: ... *καὶ συνέγραψε παροίνιά τε μέλη καὶ ἰάμβους καὶ τὰ καλούμενα Ἀνακρεόντεια*, Byzantini cuiusdam viri docti additamentum est (Crusius l. c. p. 2041). Anacreontis carmina velut Sapphus quoque secundum metri diversitatem in singulos libros distributos fuisse Bergk

---

eiusque gentis paupertatem acerba irrisione illudens (23, 8): nihil timetis, non incendia, non graves ruinas, non furta (facta V: corr. Haupt) impia. — Haec epodi forma:

— — ∪ —   ∪ — ∪ —   — — ∪ —

— ∪ — ∪ — —

apud Archilochum nondum exstat. Cf. Ar. apud Athen. III 91 b, deinde ibid. VI 253 d.

9) Praeterea haec carminis primi metrica distributio, quae octonos versus complectitur, illam editionem non ab insigni quodam grammatico esse factam satis indicat.

(Anacr. p. 28) recte iudicavit (lib. I: fr. 1. 13 b glycon.; lib. II: fr. 16. 41. 52. 60 ion.; lib. III: fr. 63 ion., 127). Sed si a grammaticis, qui aliam rationem carminis sedem accuratius destinandi sequuntur, duo fragmenta sic afferuntur: *ἐν ἰάμβῳ* (87 epod.), *ἐν ἐλεγείαις* (95), quinque libros omnes fuisse illorum ex testimonio colligere Crusius (l. c.) non debuit, quorum duo ultimi priorum librorum numero non continuato *μονόβιβλοι* fuissent. Quot fuerint omnino incertum est, nam versus illi, qui in Crinagorae epigrammate leguntur (A. P. IX 239 = 29 Rubens.), ubi Anacreontis carminum *πεντάς* commemoratur (v. 2 sq.), spurii sunt (Rubens. p. 59).

Caput alterum.

De forma verborum.

Anacreontem dialecto ionica asiatica usum esse consentaneum est itaque psilosis in eius sermone legitima est. Quam testatur Apollon. de synt. p. 55 Bekk.: *ἐπεὶ τὰ ψιλὰ μετατιθέασιν οἱ Ἴωνες καὶ τὰ δασέα εἰς ψιλά, ὡς ἐπὶ τοῦ τάφος, τεθηπότες, ἐνταῦθα, ἐνθαῦτα, καὶ ἐπὶ τῶν συναλοιφῶν ʽ ἐσκατορᾷς πόλιν᾽* (fr. 1, 6). Alterum psiloseos exemplum intra verbum exstat in vocabulo *ἐπίστιος* (90, 4), qua forma Herodotus quoque utitur. Sed psilosis non est his locis: *καθέρματα* 21, 10 *κάθοδος* 43, 6 *καθεύδει* 88, 2 [1]). Legitimum utpote asiaticum etiam est *κου* 1, 4 *κοτ᾽* 33 (85 traditur *ποτ᾽*), *ὅκως* 63, 2.

de consonantibus et vocalibus.

ξ: *διξῇσιν* 88. Cf. Her. II 44. 169. V 40.

χ: *χιτῶνα* 59 [2]).

μβ: *ποικιλοσαμβάλῳ* 14, 3. Sappho quidem habet *σάμβαλα* (98, 2), sed ionicam quoque hanc formam esse ostendit C. Luetke, Pherecydea p. 24.

---

1) Neglecta est in titulis quoque tribus ionicis asiaticis; in lapide Halicarnassensi (238 Bechtel) κάθοδον legitur, in Teio (156 b) καθημένου, in Chio (174 a) μεθέλῃ.

2) In titulo Samio (220) anni 346/5 κιθών quidem saepius invenitur, sed ea de causa hoc loco κιθῶνα, quod Bechtel mavult (cf. p. 130 adn. 1), scribendum vix erit. Utraque forma, χιτών et κιθών, quae in Herodoti codicibus legitur (cf. Bredov. p. 91), saeculo quinto iuxta in usu fuit. Posteriore igitur demum tempore haec forma κιθών magis valuisse videtur; in atticis quoque lapidibus κιθών et κιθωνίσκος inde a quarto saeculo exstant (Meisterhans, p. 79², adn. 746).

πφ: *σκύπφον* 82. Praeter Anacreontem et Hesiodum (fr. 193, 194 Rz.) et Anaximandrum *ἐν τῇ Ἡρωολογίᾳ* usos esse Athenaeus testis est XI 498 a; cf. quoque Panyassin ibid. d.

ε: *δέρην* 80 a [3]). Eandem formam habent Sappho (*δέρᾳ* 46) et Alcaeus (*δέραισι* 36); *δειρή* tantam Homerus, Hesiodus (Th. 727, Sc. 391), Herodotus (I 51), utramque tragici.

ξένοισι 84, 1 quod metrum desiderat; *ξείνοισ'* 57 legendum esse Athenaei codicis A corrupte tradita lectio indicare videtur. Utraque forma ionica est.

πλέῳ 94, 1 [4]). Homerus *πλέος* et *πλεῖος*. Archil. 58, 4 *πλέος* (*πλέως* codd. praebent).

ἱρόν 16 (metro requisitum), *ἱρωστί* 149 (sic quoque Semon. 24, 2). *ἱερός* non habet.

αϊ: *πάϊς* 21, 11 (*παῖς* 24, 2) [5]) — *Ἀΐδεω* 43, 5 — *πυρκαΐῆς* 100, 2.

ηϊ: *Ποσιδηϊών* 6, 1 — *Θρηικίην* 49 *Θρηικίη* 75, 1 *Θρηικίης* 96. *η* et *ι* utrum contrahantur necne certe dici non potest. Apud Homerum quattuor tantum locis synizesis fit (*Θρηκῶν* *E* 462 *Θρήκηθεν* *I* 5. 72 *Θρήκηνδε* *ϑ* 361), ubi metrum bisyllabam formam poscit; omnibus

3) 'διὰ (δὲ) δέρην κόψε μέσην': Schol. Townl. P 542; δὲ suppl. Wilam. Metrum igitur idem est atque fr. 24 ἀναπέτομαι δὴ πρὸς Ὄλυμπον. Haec autem verba ab iis quae sequuntur distinguenda sunt (80 b): 'κὰδ δὲ λῶπος ἐσχίσθη', quia nullo modo inter se coniungi possunt. Eustathius (p. 1001, 40) enim inverso haec reddit. Cf. Haupt, opusc. III 307.

4) Quod fr. 13 a apud Bergkium legitur ἀνάπλεως Anacreontis non est; omnino ibi poetae verba restitui non possunt: haec tantum πόθῳ στίλβων et fortasse γεγανωμένος (Anacreont. 35, 8 γεγανωμένος Λυαίῳ) de Cupidine dicta talia sunt, ut poetae tribui possint.

5) Apud Homerum scribendum erit πάϊς, πάϊ (ubi metrum monosyllabam formam non requirit, quod quidem paucis tantum locis fit: cf. Blass I 247 adn. 1). Praeterea ex dialecto aeolica πάεις (Collitz 299 = πάϊς Sapph. 34. 85. 38) nobis notum est; πάϊ apud Archilochum quoque invenitur (70). Diphthongum hoc in vocabulo genuinam non fuisse apparet ex forma ΠΑΕΙΔΙ (sic!), quae in titulo Boeotico legitur (cf. Mitt. ath. 1890, 418). — Anacr. fr. 17, 2 . . . νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ κωμάζων παιδὶ ἁβρῇ (sic codex A Hephaestionis). Quod propter ἁβρός vocabuli repetitionem vix integrum, et synaloephe παιδί (vel πάϊδι) ἁβρῇ omnino inusitata. Praeterea illa adiectivorum cumulatio Wilamowitzio suspecta videtur, qui παρ' Ἰάμβῃ proponit (homer. Unters. p. 317 adn. 27).

autem aliis *Θρῆιξ*, *Θρηίκιος* legitur vel *Θρέιξ* (*η* vocali correpta), quod Nauck proposuit. *Θρῆιξ* Archil. 32, 1 bisyllabum, *Θρέισσα* habet Herodas 1, 79.

οϊ: *κοϊλώτερα* (*κοιλότερα* libri: sed metrum hanc formam desiderat) 9, 2.

d e s y n a l o e p h e.

Uno in verbo vocalis cum sequenti vocali aut diphthongo hoc modo coalescit:

1. *α* + *ει*: *ᾄδω* (*διδῷ* libri: em. Valcken.) 45, 2 [6]).

2. *ε* + *α*: *ἔτεα* 8, 2 *στήθεα* 9, 3 *νείκεα* 94, 2 — *χρύσεα* 21. 10 — *αἰνοπαθέα* (*αἰνοπαθῆ* libri) 36 [7]) *μελιηδέα* 41, 2 *νεοθηλέα*

---

6) Quod legitur 65, 2 ἀείδειν huc non pertinet, cum hoc fragmentum Anacreonti abiudicandum sit. Apud Clem. Alex. Strom. VI 745 sic traditum est: Ἔρωτα γὰρ τὸν ἁβρὸν μέλομαι (μέλπομαι libri: em. Hermann) βρύοντα μίτραις πολυανθέμοις ἀείδειν· ὅδε καὶ θεῶν δυνάστης, ὅδε καὶ βροτοὺς δαμάζει. Metrum igitur secundum codicum memoriam hoc est: ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ – –; dimeter idem iambicus catalecticus redit in fr. 92 ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι, πάρεστι γάρ, μαχέσθω (= Anacreont. 45, 8), quod Anacreontis item non est. Hephaestion enim, qui hos versus reddit, sic dicit (p. 18 W.): καταληκτικά, δίμετρα μέν, ὡς τὸ καλούμενον Ἀνακρεόντειον, οἷον κτλ., sed paululum ante (p. 17 W.) Anacreontis carmina (fr. 89) sic nominat: . . . . δίμετρα, οἷα τὰ Ἀνακρεόντεια ὅλα ᾄσματα γέγραπται. Aliis quoque de causis fr. 65 Anacreonti tribui non potest: μέλομαι, quod legitur v. 2 eadem cum vi atque βούλομαι, vetustiori sermoni omnino ignotum est, deinde is, qui Cupidinem delicatum βρύοντα μίτραις nominat, Anacreontis vilem se esse sectatorem profitetur. — Apud Iones utraque forma, ἀείδω et ᾄδω usitata fuit. Archil. 57 ἄειδε, 123 ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος (quem locum imitatur Theogn. 533 ὑπ' αὐλητῆρος ἀείδων: sed ea de causa Archilochi verba immutanda non sunt, quod Schneidewin vult); simili modo atque apud Archilochum praeter apertam huius vocabuli formam contracta quoque legitur apud Phoen. Coloph. (Athen. VIII 360 a ᾄδων et ἀείδω, XII 530 f ᾄδει et ἤεισα), ut apud Anacreontem pro μὲν γὰρ ᾄδω 'μέν γ' ἀείδω', quod Schneidewin (Beitr. z. Kritik der poetae lyr. gr. p. 123) et Blass (Rh. M. XXIX 155) proposuerunt, scribere opus non sit.

7) αἰνοπαθέα πατρίδ' ἐπόψομαι Anacreonti abiudicavit Wilamowitz, homer. Unters. p. 118 adn. 5. Ad μ 313 ὦρσεν ἐπὶ ζαῆν ἄνεμον schol. H haec adnotat: ἔδει χωρὶς τοῦ ν ζαῆ, ὡς 'ἀκραῆ Ζέφυρον' (β 421). ἔστιν οὖν Αἰολικὸν τὸ μετὰ τοῦ ν καὶ ἔδει αὐτὸ Αἰολικῶς βαρύνεσθαι ὡς τὸ 'αἰνοπαθῆ (sic cod.) π. ε.' παρὰ Ἀνακρέοντι. Lentz igitur (cf. Herodian. II 154, 24) αἰνοπαθῆ, quod hoc loco ferri non posset, mutavit in αἰνοπάθην et Wilamowitz propter hanc formam aeolicam restituendam verba Alcaei esse et παρὰ Ἀλκαίῳ scribi vult. Atque certe mirum esset, si Herodianus, ut talem formam afferret, ionici poetae verba reddidisset, sed librarii tantum errore pro παρὰ Ἀλκαίῳ 'παρὰ Ἀνακρέοντι' hic vix ortum est.

51, 1 — ἐγχέας 63, 3 (sic quoque Xenophan. 4, 2) ἐκκεκωφέαται 81 [8]).

3. ε + αι: ἐπιστρέφεαι 2, 4 πέτεαι 9, 1 ἐπιδίνεαι 12 b [9]) βόσκεαι 75, 5.

4. ε + η: πορφυρέη 2, 3 πορφυρέη 14, 1 ἀργυρέη 33 ἀργαλῆ (sic A: ἀργαλέη rell.) 43, 5. — Ἀπελλῆς 72 b. Contractas formas ubique esse restituendas, cum in titulis hae tantum inveniantur, ostendit Fritsch, Vokalism. des Herodot, p. 31. — νῆνι 14, 3.

5. ε + ο: Κλεοβούλου Κλεοβούλῳ Κλεόβουλον 3 Δεόνυσον 11 Δεόνυσε 2, 11 Δεόνυσος 131 [10]) νεόπλυτον 21, 4 [11]) (sed νεοθηλέα 51, 1) μέο 76 πόλεος (v. infra) 72 — Καρικοεργέος 91 — γένεο (γένευ vel γενεῦ libri) 2, 9 — ἑορτήν 54, 2 [12]).

6. ε + οι: γηραλέοι 43, 2 φιλοῖεν 45, 1 (Bechtel 156 a ποιοῖ et ἀνωθεοίη, Democr. eth. fr. 165 Natorp. ἀμελέοι et fr. 7 ποιοῖτο).

Difficultas omnis solvitur, si verba ὡς — Ἀνακρέοντι post vocabulum Ζέφυρον ponamus. Tum quoque verba καὶ ἔδει Αἰολικῶς βαρύνεσθαι cum iis, quae subsequuntur, melius cohaerent: ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησιν περισπᾶσθαι καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις. Haec verba ὡς — Ἀνακρέοντι videntur esse additamentum cuiusdam grammatici in margine libri adpositum, postea a scriba falsum ad locum delatum.

8) Quod in titulo Oropeo (18) legitur εἰρῆται scriptura tantum differt. Herm. XXI 98.

9) Λευκίππη δ' ἐπιδίνεαι legendum est: cf. Reitzenstein, ind. lect. Rost. 1891/2, p. 14. Similis est conclusio, qualis carminis alius finis fuisse videtur fr. 3. -εαι cum apud Anacreontem ubique coalescat, in ἐπιδίνεαι quoque synaloephen esse constat. De forma v. infra. εαι non contractum per synaloephen legitur in Archil. 75, 2 χαρίζεαι 79, 2 τέρψεαι 94, 4 φαίνεαι.

10) Διονύσῳ 54 Διονύσου 55 traditum est. De variis huius nominis formis egit P. Kretschmer in libro qui inscribitur 'Aus der Anomia. Archaeol. Beitr. C. Robert dargebracht', p. 22. Anacreontem formam Δεόνυσος adhibuisse etymologus dicit, qui haec quoque addit (Et. M. 259, 28): Δεόνυσος, οὕτω γὰρ Σάμιοι προφέρουσιν. Sed non in Samo tantum insula haec forma usitata fuit, nam et in compluribus Maroneis ΔΕΟΝΥΣ. et in duobus quoque nummis Abderitanis invenitur ΔΕΟ. (cf. Bechtel 196, 1. 163, 1). Itaque cum Abdera Tei urbis colonia sit, poetam patriae urbis dialecto hic usum esse verisimile est. Κλεόβουλος, Δεόνυσος restitui, nam Anacreontis tempore nemo Κλεύβουλος aut Δεύνυσος scripsit (cf. velut in titulo Amorgino saec. IV 34 Κλεομάνδρου).

11) quod in νήπλυτον sine ullo iure Bergk mutavit.

12) Bisyllabam formam ἑορτή habet praeter Ionem (Athen. VI 258 f ἐνιαυσίαν γάρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν) semel Herodas quoque (5, 85 ubi trisyllaba quoque forma iuxta legitur: ἄξεις τότ' ἀμ[έ]λει τ[ὴν] ἑορτὴν ἐξ ἑορτῆς). ἑορτή praeterea

7. ε + ω: Ἀΐδεω 43, 5 — σατινέων 21, 10 Μουσέων 94, 3 — ὀρέων 2, 5 — διοσκέω 3, 3 ὁμιλέων 21, 5 φορέων 21, 10 μισέω 74, 1 — ἐμμελέως 40 (sed νηλεῶς 75, 2, ortum ex νηλεέ-ως).

8. ι + ι: νῆνι 14, 3.

9. ο + ε: χαριτόεν 44 ἀνθεμόεντας 62, 2 (ἀνθεμεῦντας libri: cf. Spreer, de verbis contractis apud Herodotum, p. 19).

: Καρικοεργέος 91, 1 (sic codex E Strabonis et Eustathius: Bergk non recte Καρικευργέος scripsit).

10. ο + η: νενοημένος (νενωμένος libri) 10 ἐπίβωτον (sic Eust.: ἐπιβόητον Et. Gud., Ammon.) 60, sed ἐβόησε 100, 2.

Vocalis aut diphthongus cum initiali vocali aut diphthongo sequentis vocabuli coalescit (κρᾶσις) his locis:

1. ο + α: ὁ πονηρὸς ὁ (sic A) Ἀρτέμων 21, 5; de lectione infra agetur.

2. ω + α: ὦναξ 2, 1.

ωι + α: τὠκινάκῃ 136. Et. M. 514, 27: κινάκη· ὁ ἀκινάκης κινάκης παρὰ Σοφοκλεῖ (fr. 958)· τὸ μὲν γὰρ Ἀνακρεόντειον χωρὶς τοῦ ἰῶτα γράφεται καὶ γέγονεν ἔκθλιψις τοῦ ἰῶτα καὶ κράσει τοῦ ωα τὠκινάκῃ, ὥσπερ ὦ Ἄπολλον ὤπολλον. Anacreontis igitur in libris quia legebatur τὠκινάκῃ, eum ἀκινάκης dixisse grammatico constabat, non κινάκης, qua forma Sophocles usus est; ἐν δὲ τοῖς ἀντιγράφοις — sic pergit — exstat σὺν τῇδε τῇ στραπῇ, στραπῇ igitur est non ἀστραπῇ [13]). Quibuscum cf. quae de τἠμῇ (Ι 654), τὠμῷ (Λ 608) = τῇ ἐμῇ, τῷ ἐμῷ idem dicit 757, 23.

3. εω + ου: φιλέω οὔτ' 72 b. Choerobosc. (Anecd. varia gr. I 55, 18 Studem.): τὸ οὖν 'φιλέω οὔ' ἀπὸ βραχείας καὶ μιᾶς μακρᾶς. Synaloephe dura.

4. καὶ + ..: κἀλαλητῷ 63, 8 καὶ ἑκατόν 8, 3 καὶ ἐθελοπόρνοισιν 21, 5 κοὖ(κ) 88. 89, 1. 2.

5. μὴ ἀναβῆναι 43, 6.

6. μοὐδέν (μοι οὐδέν) 75, 2.

---

in titulo Oropeo invenitur (18). Utraque igitur forma, et ὀρτή et ἑορτή, ionica est (Her. I 147 ὀρτήν: ἑορτήν ABC, ἑορταί Lucian. dea Syr. 10). Neque obstare mihi videtur, quod Eustathius dicit 1908, 56: δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὴν ἑορτὴν ὀρτὴν δισσυλλάβως οἱ μεταγενέστεροι ἔλεγον Ἴωνες.

13) Haec quoque verba utrum Anacreontis sint necne dubium est.

Vocalis eliditur his locis:

1. ὑφαίρεσις: Ἀμαλθέης 8, 1 (Ἀμαλθίης codd.: em. Fick, Bezz. B. XI 269) — ἐπτοήθη 51, 3; sed ἀδοϊάστως 95: Heph. p. 7 W., ποιήσεις 60 (similiter Ληθαίου 1, 4: Heph. p. 5 W.).

2. Elisionis inversae unum tantum exemplum habemus in ἐκ ποταμοῦ ᾿πανέρχομαι 23.

de declinatione.

1. dat. plur. primae et secundae declinationis.

ῃσι: δίνῃσι 1, 5 πλευρῇσι 21, 3 μελαίνῃσ᾿ ἀναμεμείξονται 77[14]) θύρῃσι διξῇσι 88, 1.

αις (in fine versus): πτερύγεσσι κούφαις 24, 1 αἤταις (ἀετοῖς libri: em. Bergk) 25, 2[15]).

οισι et οις: ἀστοῖσι 15, 2 ἐθελοπόρνοισιν 21, 5 ξείνοισ᾿, ἔασον 57 πολλοῖσι 93, 2 μηροῖσι 164 — καλοῖσ᾿ ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις 63, 10 ξένοισι μειλίχοισ᾿ ἐοικότες .... κεχρημένοις 84.

Diels (Ἀθην. πολιτ. 38) haec dicit: „der Gebrauch der älteren Lyrik kennt in dem Dat. Plur. der beiden ersten Deklinationen nur die langen Formen auf -σι(ν). Ausnahmen sind gestattet: 1) wenn ein Vokal folgt, also das Iota elidirt wird (sed haec vix exceptio nominari poterit: cf. Buttmann, ausf. Sprachl. I² 146); 2) bei den Formen des Artikels und des Relativums; 3) am Ende des Verses und in der Mitte des Pentameters; 4) bei Combination mehrerer Dative. Eam regulam ibi constitutam, quoad ad Anacreontem pertinet, ubique confirmari hac ex tabula constat.

2. declinatio tertia. nom. μείς 6, 1 (cf. Her. II 82) — χελιδών 154, sed χελιδοῖ 67 (sic quoque Sim. 74). — gen. πόλεως 72. Atque eadem quidem forma legitur in titulo Chio (174 a) et invenitur apud

14) Verba εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίνῃσ᾿ ἀναμεμείξονται τρίχες in duos versiculos trochaicos dissolvere, quod voluit Ahrens (Kl. Schr. I 167 adn.), opus non est. μελαίνῃσ᾿ pro μελαίναισ᾿ quod libri praebent, cum haec longior dativi forma in dialecto ionica non usitata sit, scribendum est. εἴκοσι χορδαῖσι quod legitur 18 corruptum est: de quo v. infra s. μαγάδις.

15) Brevis dativi forma in -αις praeterea legitur Archil. 23 in fine versus ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις, ubi nil mutandum est; sed ῇς 94, 3; et 9, 2 οὐδέ τις ἀστῶν μεμφόμενος θαλίης τέρψεται οὐδὲ πόλις, ubi fortasse θαλίῃ legendum est: cf. λ 603 τέρπεται ἐν θαλίῃ (θαλίης vel θαλίαις male alii) καὶ ἔχει καλλίσφυρον Ἥβην, et Xenophan. 1, 12 μολπὴ δ᾿ ἀμφὶς ἔχει δώματα καὶ θαλίη.

Xenophan. 2, 9. 22, sed tamen schol. Pind. num integram lectionem servaverit, cum dubium esse videatur, praeferam cum Bergkio *πόλεος*. — dat. *νηῖ* 14, 3, stirps in vocalem *ι* exit. Cf. Σ 407 *Θέτῖ*, Herodas 4, 24 *βάσῖ* 5, 5 *προφάσῖς* — *πτερύγεσσι* 24, 1, secundum analogiam stirpis in *-εσ-* exeuntis; cf. Anan. 5, 8 *ἰχθύεσσιν*.

d e adiectivo. *πολύκροτος*: fem. *πολυκρότη* 90, 2. — Poll. II 103: . . . *ἀποπτύειν, καταπτύειν, κατάπτυστον, ἀπόπτυστον. Ἀνακρέων δὲ καὶ ʻκαταπτίστηνʼ εἴρηκε* (152) — *εὐέθειρα* (voc.) 76.

-ειος: Et. M. 429, 50 *ἡμετέρειος· κτητικόν ἐστι· σημαίνει δὲ τὸν τοῦ ἡμετέρου· ἐχρᾶτο δὲ τῇ λέξει Ἀνακρέων* (71)· ʻ*οὔτε γὰρ ἡμετέρειον οὔτε καλόν*ʼ. Cf. Anaxandrid. apud Athen. XIII 570 e: *τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα; B. πῶς γὰρ οὔ; τὴν ἡμετέρειόν γ'* (*ημεριον* A: em. Abresch).

οἰνοπότης 97. Poll. VI 22 *καὶ οἰνοπότης καὶ ʻοἰνοπότις γυνήʼ ὡς Ἀνακρέων εἶπεν* (162). *πότις στίλβη* Plat. com. ibid. VI 103, *πότις γυνή* Phryn. VI 19, *Λαὶς πότις* Epicr. apud Athen. XIII 570 b. Comparativi unum tantum exemplum habemus 9, ubi *κοιλότερα* quidem codices habent, sed *κοϊλώτερα* reponendum est.

d e a d v e r b i o. Praeter terminationem *-ως* hae quoque inveniuntur:

-σ- τί: *ἱρωστί* 149. Hes. *ἱρωστί· θεοπρεπῶς* Cf. Semon. 24, Heraclit. 125 Byw.

-δην: *καταχύδην* 90, 3.

-ᾰ: *θαμά* 43, 4 *οὐδαμά* 50.

p r o n. reflex. *ἐμαυτόν* 64: lectio incerta. — pron. relat. *ὅς* 94, 1 *ἥ* 1, 4 *ᾧ* 2, 1. 86 [16]); *ὅστ'* 51, 2; *ὅστις* 94, 3.

d e v e r b o.

1. de augmento et reduplicatione.

augm. temporale: *ᾠνοχόει* 32, 1 [17]).

---

16) καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ' ἐγήματο. Nil mutandum est: choriambus igitur est in initio pro iambo, cuius altera syllaba longa dissoluta est, ut in fr. 24 pro prima longa in initio versus per totum carmen duas breves syllabas positas fuisse Hephaestion testis est (p. 31 W.). Idem metrum (sed non cum anaclasi) redit Alcm. 10, Alc. 56.

17) Schol. A ad A 598 ᾠνοχόει· οὕτως ʻοἰνοχόειʼ Ἀρίσταρχος, Ἰακῶς· καὶ ἐν τῇ Ἀργολικῇ καὶ Μασσαλιωτικῇ καὶ Ἀντιμαχείῳ καὶ ἐν τῇ Ζηνοδότου καὶ Ἀριστοφάνους (cf. schol. H ad ο 141). Δ 3 libri omnes habent ἑῳνοχόει. Eust. 438, 11 haec adnotat: οὕτως Ἡρωδιανός· Ζηνόδοτος δὲ ἐνῳνοχόει γράφει διὰ προθέσεως. υ 255 quoque libri ἑῳνοχόει praebent.

augmentum non exstat in *εὗρον* 35 [18]) (sic quoque Hippon. 51, 3 Herodas 6, 85), et in *ἀσπίδα ῥῖψ'* 28.

augmentum ante praepositionem positum est in *ἐξυνῆκεν* (146) [19]). Aliis locis ubique *σύν* dixit: 90, 3 et in compositis 2, 4. 10; 14, 4; 24, 2. 44. 94, 4.

ῥεραπισμένῳ 166, ad firmandum *ῥερυπωμένα* in schol. ζ 59 allatum.

2. verborum in *-ω* formas has tantum commemorare volo: *ἐπιδίνεαι* 12 b; redit igitur ad verbum *ἐπιδίνομαι*, non *ἐπιδινέομαι* [20]). — *κλύεις* 4, 2; novi praesentis est forma ab aoristo *ἔκλυον* derivati, quam Homerus non habet, sed Hesiodo nota est (Op. 726), *κλῦθι* 76. — *σιόντα* 49 [21]); aoristi igitur *ἔσιον* participium est. Cf. Ahrens in Phil. IV 601 adn. 11, et qui eum sequitur W. Schulze (K. Z. XXIX 253).

3. de verbis contractis. verba in *-αω* ab Atticis non distant [22]); verborum in *-εω* contractas ubique formas poetam prolocutum esse metrum docet; apertae, quas codices tradunt in 1. pers. praes. *-έω* et partic. praes. *-έων*, restituendae sunt etiam in *φορέομαι* (*φορεῦμαι* cod.) 38 et in *παταγέουσιν* 6, 4 [23]). Poeta etiam *ἐγχέας* dixit 63, 3, quae contractio apud Atticos omnino non usitata est.

---

18) Blass (Rh. M. XXIX 154) 21, 6 εὕρισκεν pro εὑρίσκων scribi vult. Sed sine ullo iure: nam totius orationis concinnitatem haec immutatio delet. Praeterea in fine fragmenti, quia vocabulum desiderat, quo mulieres, quibuscum Artemo a poeta comparatur, accuratius denotentur, sic supplevit (ἁβραῖς) | φορεῖ γυναιξὶν αὔτως, integrum enim esse hoc carmen persuasum habet. Quod quidem, v. 1—9 cum reliquis si contuleris, verisimile non fit.

19) ἐσυνῆκε Alcaeus quoque dixit (131). A 68 ἐκαθέζετο 611 γ 402 ζ 1 ἐκάθευδε O 716 ἐμεθίει Zenodotus scribere voluit (cf. schol. a. h. l.).

20) Omnes huius verbi formae ad duas stirpes redeunt:

a. * διvjω:	b. * δινη-:
aeol. δίννω (Herodian. II 492, 19 L.: οἱ γὰρ Αἰολεῖς δίννω λέγουσιν).	aeol. δίνη-μι: Sapph. 1, 11 πυκνὰ δινέντες πτέρ'.(δινῆντες PC δινεῦντες MD: em. Ahrens).
dor. ion. δίνω. Hes. Op. 598 διν-έ-μεν, Callim. fr. 51 δινομένην (διν-εύ-ω Hom. δινεύσας Ap. Rh. III 810).	ion. * δινή-ω δινέ-ω Hom.

21) Apud Aeoles σείω (Alc. 22) et σέος (= σεισμός 26: cf. Reitzenstein, ind. lect. Rost. 1891/2, p. 14) invenitur.

22) διψῶ (-άω) Anacreon dixit (57), Archilochus autem διψέω; in διψέων enim (68) ε et ω (atque hoc tantum loco) non coalescunt; διψῆν legitur apud Her. II 24.

23) παταγοῦσιν Eust. 1012, 1 κατάγουσιν schol. O 192, παταγεῦσιν Schneide-

4. Accedant singulares formae, quae memorabiles esse videntur: *ἐκκεκωφέαται* 81. Cf. Archil. 169 *κέαται*, Semon. 31a *πεπλέαται* (*πεπλήαται*: corr. Renner, Curt. Stud. I 2, 25), Hippon. 62 *κεκινέαται*, Hecat. 163 apud Herodian. II 225 (= Her. IV 86: cf. Diels, Herm. XXII 419) *μεμετρέαται*, Democr. eth. 166 Nat. *μεμνέαται*. — *ἀποκλάς* part. aor. 17, 1; Anacreontis esse hanc formam dicit Eust. 1654, 17 *ὥσπερ καὶ κλάς φησι* (*Ἡρακλείδης*) *παρὰ Ἀνακρέοντι*. — *μεμάθηκα* 74 — *ἔνεικον* 62, 3 — *δεδοικώς* 43, 4 — *φῄ* 40. Herodian. II 210: *φησί, ὅπερ πάλιν ἀποκοπὲν ὀξύνεται· τὸ γὰρ φῄ ἀντὶ τοῦ φησί*. Haec forma antiquis grammaticis ex Anacreonte solo nota erat, nam eorum omnes, qui eius mentionem fecerunt, Anacreontis verba semper reddunt. Vide Bergk. in adn. ad fr. 40. In lexico Messanensi de iota adscripto, quod edidit Rabe (Rh. M. XLVII 405: cf. L 150), f. 282 v. 9 haec leguntur: *καὶ ἔστιν ἐνεστῶτος χ(?) . . . . . . σε γὰρ φη ι τ' | ἀργήλιος· ἀπὸ τοῦ φησ χ.ῄιζω κτλ.* Haec autem nihil aliud nisi eiusdem poetae verba sunt. Atque sic fere supplere licebit: . . . *καὶ ἔστιν ἐνεστῶτος.* ‖ ⟨*φὴ*⟩ *χ[ωρὶς τοῦ ι·] ʻσε γάρ φη Ταργήλιος'· ἀπὸ τοῦ φησ[ί].* ‖ *χ[ρ]ῄζω κτλ.* *φῄ* igitur pro *φή* scribendum esse Blass (cf. II 211, adn. 1) non recte coniecit. Grammaticorum autem sententiam, qui hanc formam aeolicam esse persuasum habent (cf. imprimis Crameri An. Ox. IV 411, 23; 352, 14), quominus sequamur obstat, quod Aeoles non *φημί*, sed *φαμί* (vel *φαῖμι*? *φαῖσι* Sapph. 66?) prolocuti sunt; itaque Wilamowitzii sententiam sequor, qui *φῄ* imperfectum esse vult.

Nunc autem nonnullis me complecti opus esse videtur, quid ex iis, quae de Anacreontis dialecto dixi, concludi possit. Atque in hac re certe omnes mihi assentientur, in eius carminum fragmentis dialectum ionicam paucis tantum exceptis puram et integram esse ser-

---

win. Wilam. In codice Townleiano Anacreontis fragmentum legitur post haec scholiastae verba: . . καὶ Ἀττικοὶ τὸν περὶ χειμερίους τροπὰς μῆνα Ποσιδεῶνα καλοῦσιν, eodem igitur loco atque Eust. l. c. Bergkii igitur coniectura Δία τ' ἄγριοι χειμῶνες κατάγουσιν falsa est (cf. adn. ad fr. 6): quamquam Anacreontis verba alienum in locum delata esse vidit, tamen eam retinuit. Schneidewin verba sic supplevit: μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηϊὼν ἕστηκεν, νεφέλαι ⟨δ' ὕδει πλήθουσιν⟩, βαρὺ δ' ἄγριοι χειμῶνες π. — παταγέω de ventis dictum hic primum invenitur; de nubibus Ar. nub. 378 βαρεῖαι εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι ῥήγνυνται καὶ παταγοῦσιν.

vatam. Dialecti pseudionicae aut formae ionicae depravatae haec tantum exempla inveni: *παταγοῦσιν* 6, 4 (Eust.: attica est forma); *ἀνθεμεῦντας* 62, 2 *κατηρεφέες* 121 (Athen.); *φιλέει* 70 (Heph.), *δοκέεις* 75, 2 (Stob.). Sed doricae quoque formae apud Anacreontem inveniuntur. Atque hae quidem: *ξανθά* (sic schol. Heph.: *ξανθῇ* Heph.) 1, 2; *αἰχμάν* (Heph. cum schol.: *αἰχμήν* schol. Hermog. Rhet. VII 988) 31; *ἁδυμελές* (Heph.) 67, *μεναίχμαν* (Heph.) 70, *κούρα* (Heph.: *κοῦρα* coni. Bergk, fortasse recte; cf. schol. Townl. *Γ* 130) 76, *δάφνᾳ χλωρᾷ τ' ἐλαίᾳ* (schol. Soph.) 78. Pro his corruptelis, quae librariorum errore in codicibus leguntur, integras formas restituere non dubitabimus. Bergk quidem in quarta editione, quamquam iam dudum Ahrens (kl. Schr. I 166) haec prodigia removenda esse confidenter iudicaverat, ea retinere veritus non est. Erravit autem Ahrens (l. c.), cum Anacreonti aeolicae dialecti usum tribuendum esse censuit (de dat. in *-αισι* et *φή* v. supra; de *χρυσοφαέννων* 25 v. infra s. v.).

Caput tertium.

De syntaxi.

Quod Anacreontis dicendi genus sit hac in re cognoscenda veterum auctoritate uti licet, a quibus eius elocutionis proprietates nominantur *ἀφέλεια* et *γλαφυρότης*. Atque Hermogenes, qui *περὶ ἰδεῶν* II cap. 3 *περὶ ἀφελείας* egit, simplicis orationis sententias sic definit (II 351 Speng.): *ἔννοιαι τοίνυν εἰσὶν ἀφελείας ἁπλῶς μὲν εἰπεῖν αἱ καθαραί* (h. e. dilucidae)· *αἱ .. ἁπάντων ἀνθρώπων κοιναὶ καὶ εἰς πάντας ἀνελθοῦσαι ἢ δόξασαι ἀνελθεῖν καὶ μηδὲν ἔχουσαι βαθὺ μηδὲ περινενοημένον* (h. e. sententias, quae neque reconditae sunt neque ambiguitate intellegentiam confundunt) . . . . . Singulae igitur personae, quas eius poeseos simplex indoles amplectitur, partes suas sic subeunt, ut earum res et condicio desiderant. Cum hac autem orationis simplicitate eam quoque proprietatem coniunctam esse Hermogenes pergit, ut poeta nonnumquam etiam alia proferre videatur cum actione, quae suo loco fit, ultro non cohaerentia. Talis quidem ab actione proposita digressionis exemplum in Anacreontis fragmentis adhuc servatis non exstat, sed Hermogenes quin recte iudicaverit dubium esse non videtur. Hoc certe memorabile est, quod propter hanc rem Anacreonteam poesin cum Theocritea confert.

Huic autem poeseos tenuitati, quae vulgares tantum causas continet et in vita communi obvias, respondent etiam eius sententiarum figurae. Aristid. *περὶ ἀφελ. λόγ.* II 513 Speng.: *τὰ δὲ σχήματα . . . ἐν τῷ ἀφελεῖ* (*λόγῳ*) *ἀνειμένα, ἁπλᾶ, ... κοινότερα καὶ ἀναπεπτωκότα· . . . ταῦτα δὲ ἀφελῆ* (*ποιεῖ τὸν λόγον*) *ὡς ἂν ἰδιωτικὰ καὶ ὁμιλητικὰ ὄντα.* Simplicis igitur illius orationis proprias esse figuras, quales in collocutione homines adhibere solent, eamque ad cotidiani sermonis normam formatam esse indicat. Huius autem exempla satis multa apud Anacreontem inveniri infra videbis. Praeterea

id quoque poscitur in illo dicendi genere, ut singula cuiusque carminis membra arte inter se cohaereant et oratio aeque profluat neve sententiarum concinnitas deleatur (cf. p. 514). Hoc autem idem est, quod Dionysius Halicarnassensis (de comp. verb. p. 336 Schaef.) *τὴν γλαφυρὰν καὶ ἀνθηρὰν σύνθεσιν* nominat. Cf. enim ibid. p. 338, et vide quae de singulis verbis in hac oratione adhibendis et cuiusque carminis colis praecepta profert p. 340. Haec autem locutionis polita concinnitas et ornata venustas a Dionysio praeter Hesiodum et Lesbiam poetriam Anacreonti et Simonidi et Euripidi datur; et ad sententiam suam exemplo magis confirmandam Sapphus carmen notissimum illud hymnum in Venerem factum reddit. Non minus recte iudicavisset, si pro eo Anacreontis carmen, quo Dianae numen celebratur (fr. 1) vel aliud (velut fr. 2. 14. 43) reddidisset; ubique enim totius carminis singula membra naturali quodam firmissimoque vinculo inter se coniuncta esse vides et sententiam quae proponitur bene dispositam.

1. de articulo.

a. Articulus apud Anacreontem paucis tantum locis legitur. Ponitur in definitis partibus totius alicuius rei indicandis: 63, 3 *τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους*, 83 *στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν, τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην*. — *μεμάθηκα δ', ὦ Μεγίστη, τῶν ἀβακιζομένων* 74, 4; qui tranquillo animo sunt opponuntur iis, *ὅσοι χθονίους ἔχουσι ῥυσμοὺς καὶ χαλεπούς*. Ad hominis originem indicandam adhibetur 82 *Ἐρξίωνι τῷ Λευκολόφου*. Pronominalem vim *ὁ δ'* (10), *ἡ δ'* (14, 5) habent. Articulus praeterea invenitur in substantivis cum adiectivo coniunctis, semper autem ita, ut adiectivum suo substantivo antecedat articulo ab adiectivo non separato: 21 a. 30. 90, 2. 4 *τὴν ἐπίστιον* (sc. *κύλικα*); 100, 1. 3. Deinde legitur apud *ἐμός: τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ'* 2, 10 *τῆς ἐμῆς ψυχῆς* 4, 3 *τὴν μὲν ἐμὴν κόμην* 14, 6; *αἱ δ' ἐμαὶ φρένες* 81 (sic Et. M. 322, 22), sed *αἱ δέ μεο (μευ) φρ.* Cramer An. Ox. I 288, 3. Quae lectio integra est. Rarissima est ea collocatio, cuius nonnulla exempla affert Krüger, gr. Sprachl. (47, 9, 5), in his Hippon. fr. 62 *οἱ δέ μεο ὀδόντες ἐν τοῖσι γνάθοισι κεκινέαται πάντες*. Accedunt ex Herodae mimiambis hi loci: 5, 7 *τό μεο αἷμα;* 6, 41 *τήν μεο γλῶσσαν*, 5, 39 *τήν σεο χολήν*. Pronominis personalis genetivo possessionem indicante positi exempla non pauca exstant apud

Homerum (cf. Krüger l. c. adn. 3). Omninoque constat hanc locutionem cotidiani sermonis propriam fuisse, neque Anacreontis verba huic sententiae obstant. Aliis enim locis, velut fr. 2, 10 in hymno in Bacchum facto, ubi sollemniore dictione utitur, poeta pronomen possessivum *ἐμός* praefert.

Uno cum substantivo coniunctus articulus legitur 24, 2 *διὰ τὸν Ἔρωτ'* [1]) 75, 3 *τὸν χαλινόν* 136 *τὠκινάκῃ*.

b. Duplex articulus duobus his locis invenitur: 41 *(ὁ) Μεγίστης ὁ φιλόφρων* 21, 5 *ὁ πονηρὸς ὁ* (sic A) *Ἀρτέμων*. Atque in fr. 41 metrum quidem articulum desiderat, sed in 21, 5 eum legi posse Musurum secuti omnes editores negant, sed vix recte. Neque refellit hanc lectionem, quod Anacreontem imitatus Aristophanes dicit (Ach. 850) *ὁ περιπονηρὸς Ἀρτέμων*, nam certo consilio poeta nomen eius, quem ludibrio vexat, sic profert. Atque ut fr. 41 poeta de Polycratis puero dicit 'ille notus Megistes, qui tam hilaris est, i. e. pro sua hilaritate iam per decem menses coronatus vino deditus est', sic Artemonem illum hominem tam improbum, qui pro sua morum pravitate abiectorum hominum consuetudine utatur, item graviter praedicat.

2. Pluralis pron. person. 1. pers. cum singulari commutatur (sed non in verbo, cuius quidem commutationis exempla in tragico sermone exstant) his locis: 2, 6 *γουνοῦμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς ἔλθ' ἡμίν* (sic UBV: *ἔλθοις μοι* rell.), *κεχαρισμένης δ' εὐχωλῆς ἐπακούειν*. *ἔλθ' ἡμίν* quin legendum sit mihi non dubium: imperativo enim et infinitivo *ἐπακούειν* (*ἐπακούων* quod PW habet, ferri non potest, quia orationis concinnitatem delet) respondent ea, quae proxime sequuntur, *γένεο* et *δέχεσθαι*. — 43, 1 *πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κάρη τε λευκόν . . . διὰ ταῦτ' ἀνασταλύζω θαμὰ Τάρταρον δεδοικώς*. — 62, 2 *φέρε δ' ἀνθεμόεντας ἡμὶν στεφάνους, . . . ὡς δὴ* (sic scribendum: v. infra) *πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω*. — 63, 1 *ἄγε δὴ φέρ' ἡμίν, ὦ παῖ, κελέβην, ὅκως ἄμυστιν προπίω . . . . .*

Dualem recentiori ionicae dialecto omnino esse ignotam apparere

---

1) Sic Bergk recte scripsit. Poeta enim haec dicit ad Olympum sursum volaturus et cum Amore de eius iniuria expostulaturus, quod puerum amatum, qui se spreverit, sibi propitium non fecerit. Cf. Himer. or. XIV 4.

ex his Anacreontis verbis Wilamowitzius me monuit: 83 *στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν, τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην*[2]). Pauci igitur ii loci, quibus Herodoti et Hippocratis codices dualis formam praebent, mutandi sunt (cf. Blass I 363).

3. Accusativus adiectivi et singulari numero et plurali pro adverbio ponitur, ut qualis sit actio quaedam vel quid contineat indicet, his locis: 4, 1 *παρθένιον βλέπων* 75, 1 *λοξὸν βλέπουσα* 6, 3 *βαρὺ παταγέουσιν* 10 *ὑψηλὰ νενοημένος* 45, 2 *χαρίεντα ᾄδω, χαρίεντα λέξαι* 75, 5 *κοῦφα σκιρτῶσα* 151 *κορωνὰ βαίνων* 168 *σαῦλα βαίνειν*. Haec structura in epico quoque sermone crebro invenitur; cf. velut *Γ* 342 *δεινὸν δερκόμενοι*, *Λ* 10 *ἔνθα στᾶσ' ἤϋσε θεὰ μέγα τε δεινόν τε ὄρθι'* (h. e. *ἀνατεταμένως*), *ι* 395 *σμερδαλέον δὲ μέγ' ᾤμωξεν* (*Χ* 408 *ᾤμωξεν δ' ἐλεεινά*), *Β* 224 *μακρὰ βοῶν*, *α* 155 *καλὸν ἀείδειν*; deinde ex comico sermone notissima est. Addere volo Eur. Alc. 773 (Hercules) *οὗτος, τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις;*

4. Praepositiones quae apud Anacreontem inveniantur verborum index in fine positus docet. Hic eas tantum componere volo, quarum usus aut rarus est aut a vulgari deflectit.

ἐν: rem quandam cum alia coniunctam exprimit; *καλοῖσ' ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις* 63, 10. Similiter de instrumentorum musicorum comitatu Pindarus nonnumquam utitur: O. V 19 *ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι Λυδίοις ἀπύων ἐν αὐλοῖς*, VII 11 *ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει Χάρις ζωθάλμιος ἁδυμελεῖ θάμα μὲν φόρμιγγι παμφώνοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν*, P. II 69 *τὸ Καστόρειον δ' ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς θέλων ἄθρησον*, I. V 26 *καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ λέγον*

---

2) Metrum est: ⏑ ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑
– – ⏑ ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – –

Cf. fr. 82: ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑
– – ⏑⏑ – | – ⏑ – ⏑ – ⏑

Habemus igitur in utroque fragmento versum, cuius alterum membrum ithyphallicum est. Aliud huius versus exemplum mihi non notum est; fortasse componere licet cum iis hos versus: Sapph. 103, Alcm. 36. 74 b (ubi idem membrum redire videtur): ⏓ – ⏑ – ⏓ | – ⏑ – ⏑ – ⏓, ita ut in priore versus Anacreontei membro syllabas breves et longas certo in loco non poni et certum syllabarum numerum non desiderari (82, 1) iudicemus. Sed res incerta.

ἐκέρδαναν, κλέονται δ' ἔν τε φορμίγγεσιν ἐν αὐλᾶν τε παμφώνοις ἰμοκλαῖς.

ὑπέρ: = über — hin, de motu; *ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορέομαι* 38. Sic apud Homerum quoque saepe invenitur.

ὑπό: apud Anacreontem de re tantum dicitur, quae actionem quandam inde pendentem comitatur; *ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖται* 20, 2. Cf. schol. A Σ 492 *νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ· ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετά, μετὰ δᾴδων. Ἀρχίλοχος* (123)· *ᾅδων ὑπ' αὐλητῆρος.* Schol. Ar. av. 1426 *ὑπαὶ πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον· ἀντὶ τοῦ μετὰ πτερύγων. Ἡσίοδος* (sc. 283)· *τοί γε μὲν οὖν γελόωντες ὑπ' αὐλητῆρος ἕκαστος.* Pind. O. IV 2 *Ὧραι ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς ἑλισσόμεναι,* Her. I 17 *ἐστρατεύετο δὲ* (Alyattes) *ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων καὶ αὐλῶν γυναικηίου τε καὶ ἀνδρηίου.*

T m e s i s his locis exstat (praepositio verbo suo antecedit): *ἀπό μοι θανεῖν γένοιτ'* 50. 1, *ἀπὸ δ' ἐξείλετο* 58, *ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω* 63. 6, *ἀπὸ μὲν στέφανος πόλεος ὄλωλεν* 72, *διὰ (δὲ) δέρην κόψε μέσην* 80 a, *κὰδ δὲ λᾶπος ἐσχίσθη* 80 b.

5. d e v e r b o. Memorabilis est ille locus 2, 7 (poeta Bacchum implorat) *γουνοῦμαί σε· σὺ δ' εὐμενὴς ἔλθ' ἡμίν, κεχαρισμένης δ' εὐχωλῆς ἐπακούειν. Κλεοβούλῳ δ' ἀγαθὸς γένεο σύμβουλος· τὸν ἐμὸν δ' ἔρωτ', ὦ Δεόνυσε, δέχεσθαι* (de codicum varia lectione v. p. 22). Genuina infinitivi notio ex hoc loco optime cognosci potest. Quia enim dativi signum eum prae se ferre satis constat (qua de re cf. E. Wilhelm, de infinitivi . . . . . forma et usu p. 14), instrumenti quoque vim habet, h. e. ponitur ad actionem describendam, quae cum alia tam arte coniuncta sit, ut per necessitatem quandam ab illa pendeat. Poeta igitur cum a deo petit, ut sibi propitius veniat et preces suas exaudiat, ut Cleobulo bene consulat, amorem autem suum accipiat, uterque infinitivus actionem indicat, quae ex antecedenti actione ultro efficitur. Rem ita se habere formae quoque verborum docent. Nam cum utroque loco aoristi imperativus positus sit, is actionem denotat semel perfectam, cui adhaereat actio durans praesentis infinitivo illustrata.

6. V e r b o r u m c o l l o c a t i o simplicissima est. Vocabulorum inter se cohaerentium diremptionis, quae varia est, exempla nonnulla attulisse

sufficit: *θρασυκαρδίων ἀνδρῶν ἐσκατορᾷς πόλιν* 1, 6 *ὑψηλὰς ὀρέων κορυφάς* 2, 5 *ἀγρίων δέσποιν᾽ Ἄρτεμι θηρῶν* 1, 2 *κίβδηλον εὑρίσκων βίον* 21, 6 *κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρός* 51, 2 [3]) *οὐ γὰρ ἂν ἄλλη λύσις ἐκ πόνων γένοιτ᾽ οὐδαμὰ τῶνδε* 50, 2; plura verba, quae sententiam complent, interposita sunt hoc loco: *ἱπποθόρων δὲ Μυσοὶ εὗρον μεῖξιν ὄνων* 35 [4]).

Deinde componere volo nonnullas orationis figuras quae in fragmentis inveniuntur.

Poetam in rebus quibusdam describendis copioso nonnumquam dicendi genere usum esse haec duo exempla docent: 51, 1 *ἀγανῶς οἰά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν*; quod ea de causa memorabile, quia haec dictionis epicae ubertas in similitudine adhibita est. 67 *ἡδυμελὲς χαρίεσσα χελιδοῖ* (*ἡ χάρις τῆς χελιδόνος ἐν τῷ ἡδεῖ μέλει*).

Anaphorae haec exstant exempla certa: 3 *Κλεοβούλου μὲν ἔγωγ᾽ ἐρῶ, Κλεοβούλῳ δ᾽ ἐπιμαίνομαι, Κλεόβουλον δὲ διοσκέω.* Augetur etiam verborum adiectione, quorum ultimo *διοσκέω* poeta summum amoris sui affectum exprimere voluit. Cf. Archil. 69. — 45, 2 *χαρίεντα μὲν γὰρ ᾄδω, χαρίεντα δ᾽ οἶδα λέξαι.* 62 *φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον, ὦ παῖ, φέρε δ᾽ ἀνθεμόεντας ἡμὶν στεφάνους, ἔνεικον, ὡς δὴ* [5]) *πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω.*

σχῆμα ἀπὸ κοινοῦ his locis exstat: 63, 3 *τὰ μὲν δέκ᾽ ἐγχέας ὕδατος, τὰ πέντε δ᾽ οἴνου κυάθους* 84 *ἔστε ξένοισι μειλίχοισ᾽ ἐοικότες, στέγης τε μοῦνον καὶ πυρὸς κεχρημένοις* 94, 3 *Μουσέων*

---

3) ἀπό Athen.: ὑπό schol. Pind. ὑπό, h. e. consulto relictus a matre, legi non posse docent Horatii, qui Anacreontem imitatur, verba carm. I 23: *vitas hinnuleo me similis, Chloe, quaerenti pavidam montibus aviis matrem* . . . . Hoc igitur quoque loco cum dictum sit de hinnuleo, qui procul a matre separatus est, timido, ἀπό scribendum est.

4) Sic legendum est: cf. Wilam. Isyll. p. 132 adn. 9. Metrum incertum.

5) δή Orion 62, 31, μή Athen., ἤδη Etym. flor. Anaphora quia orationis vis atque gravitas aliquantulum augetur, ὡς μή si scribamus, sententiae vis omnino desideratur. Accedit porro, quod aoristi imperativo ἔνειχον iuxta praesentis imperativum φέρε posito verba novam quoque gradationem accipiunt. Poeta enim, qui puerum impellens adhortationem sic per ἔνειχον immutat, docet sese intueri id symposium, quod facturus sit, ex quo amoris remedium sibi quaerere vult. Utraque lectio antiquitus in codicibus iuxta tradita esse videtur: ἤδη quod etymologus habet, ex μή et δή contaminatum esse verisimile est.

τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης. Priore in membro ponitur vocabulum, quod ad utrumque pertinet, duobus his locis: 8 *ἐγὼ δ' οὔτ' ἂν Ἀμαλθέης βουλοίμην κέρας, οὔτ' ἔτεα πεντήκοντα τε καὶ ἑκατὸν . . βασιλεῦσαι*, 82 *ἐγὼ δ' ἔχων σκύπφον Ἐρξίωνι τῷ Λευκολόφου μεστὸν ἐξέπινον*.

Duo membra parili dispositione vocabulorum artificiose inter se respondent in 47 *μεγάλῳ δεῦτέ μ' Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς πελέκει, χειμερίῃ δ' ἔλουσεν ἐν χαράδρῃ*. Poeta haec dicit ob amorem suum a puella vel puero repudiatum maerore captus. Aliud talis locutionis metaphoricae exemplum cum tanta audacia et violentia prolatae mihi non notum est. Iocose quidem, id quod Crusius (l. c. p. 2041) putat, haec dicta esse mihi non videntur. — Pro una notione universa duo vocabula vi inter se non diversa, quae coniuncta eandem sententiam reddunt, ponuntur his locis: 63, 8 *πατάγῳ τε κἀλαλητῷ* 74, 2 *μισέω πάντας, ὅσοι χθονίους ἔχουσι ῥυσμοὺς καὶ χαλεπούς* 87 *κνιζῇ καὶ πέπειρα* 94, 2 *νείκεα καὶ πόλεμον*; de 43, 1 v. infra.

Ut verborum singulorum, ita enuntiatorum quoque collocatio simplicissima est: imprimis autem participiis utitur in singulis orationis membris coniungendis (cf. velut 14, 1. 32. 25. 9. 19 [6])).

C o n i u n c t i o n e s inveniuntur *ὅτι* 4, 3, enuntiatum tamquam verbi obiectum adnectens; *ὅκως* 63, 2 *ὡς* 62, 3. 63, 5 cum coniunctivo finali. *εὖτε* ‚quando' c. futuro 77, *ἐπείτε* ‚ex quo' 41 usu vetere ionico [7]): haec duo subiuncti enuntiati exempla apud Anacreontem exstant.

---

6) Proodici huius carminis (glycon. + asclep. maior: cf. Heph. p. 71 W.) alterum exemplum non exstat.

7) εὖτε: Archil. 18 (epigr.) Ἀλκιβίη πλοκάμων ἱερὴν ἀνέθηκε καλύπτρην Ἥρῃ, κουριδίων εὖτ' ἐκύρησε γάμων, Her. VII 209 (Demaratus Xerxi) ἤκουσας μὲν καὶ πρότερόν μεο, εὖτε ὁρμῶμεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, περὶ τῶν ἀνδρῶν τούτων (sc. Λακεδαιμονίων); II 63 εὖτ' ἂν δὲ γίνηται καταφερὴς ὁ ἥλιος, VI 27 φιλεῖ δέ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνει ἔσεσθαι. Cf. Lucian. dea Syr. 25. 36. 55. — Athenaei liber p. 671 e ἐπείτε, 673 d ἐπειδή; sed ἐπείτε legendum, quod ionicae dialecti proprium est: Her. VII 8 (Xerxes) ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν πρεσβυτέρων, οὐδαμά κω ἠτρεμίσαμεν, ἐπείτε παρελάβομεν τὴν ἡγεμονίην τήνδε παρὰ Μήδων, Κύρου κατελόντος Ἀστυάγεα · . . . ἐγὼ δὲ ἐπείτε παρέλαβον τὸν θρόνον τοῦτον, ἐφρόντιζον ὅκως μὴ λείψομαι τῶν πρότερον γενομένων ἐν τιμῇ τῇδε . . ., III 117 τοῦτο τὸ πεδίον ἦν μέν κοτε Χορασμίων, . . . ἐπείτε δὲ Πέρσαι ἔχουσι τὸ κράτος, ἐστὶ τοῦ βασιλέος. — Enuntiati subiuncti subiectum in initio positum est: ὁ Μεγίστης δ' ὁ φιλόφρων δέκα δὴ μῆνες ἐπείτε στεφανοῦται . . .;

7. Postremo de eorum fragmentorum, quae maiorem versuum numerum continent, compositione pauca addere volo.

fr. 2. Verba *ὦναξ γουνοῦμαί σε* (v. 1. 6) post *ὦναξ* vocabulum enuntiato pronomine relativo incohato interrumpuntur, cuius alterum membrum per *δέ* adiungitur; cola quae sequuntur per *δέ* adnectuntur. Schema igitur est: a α β a' b c d e. Hoc autem fragmentum *λέξεως εἰρομένης* specimen nominare non dubito. Deus, qui in fine demum nominatur, in initio per socios, quorum consuetudine utitur, significatur — fr. 1. Paululum artificiosior est primi carminis conformatio. Diana imploratur, numen autem eius quale sit accuratius describitur ita, ut tribus epithetis, quae gradatione quadam non carent, dea ornetur, tertio autem eorum deae nomen appositione addatur: *γουνοῦμαί σ᾽, ἐλαφηβόλε, ξανθὴ παῖ Διὸς, ἀγρίων δέσποιν᾽ Ἄρτεμι θηρῶν.* Sequitur enuntiatum pronomine relativo adnexum *ἥ — χαίρουσ᾽*: *χαίρουσ᾽* autem vocabulum consulto in fine totius sententiae ponitur, ut cum iis quae sequuntur magis coalescat. Haec enim verba *οὐ γὰρ ἀνημέρους ποιμαίνεις πολιήτας* dea Magnetum urbem inspiciens cur gaudeat dicunt. Poeta litoteta *οὐ γὰρ ἀνημέρους* adhibens verbis lepide ludit, qui eandem deam bestiarum dominam nominaverit (cf. Wilam. ad Eur. Her. 1386)[8]).

---

in prosa quoque oratione huius structurae exempla inveniuntur; cf. Thuc. I 6 καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν.

8) Orationis membra artissime inter se cohaerere metrum quoque docet: singulos enim cuiusque strophae versus synaphia inter se coniunctos esse duabus de causis apparet. Primum enim si quis versus brevi syllaba in vocalem exeunte terminatur, ea producitur vi duplicis consonantis, quae est in subsequentis versus initio: 1, 1 ἐλαφηβόλε | ξανθή; cf. 5 κεκορυμένε | Σμερδίη; 9, 2 κοϊλώτερα | στήθεα. Res eadem est in ionico quoque metro: 41 ἐπείτε | στεφανοῦται, 66 πρόπινε | ῥαδινούς. Item brevis syllaba in consonantem exiens longa fit consonante proximi versus initiali: 1, 6 πόλιν | χαίρουσ᾽; 2, 2 κυανώπιδες | πορφυρῇ; 8, 3 ἑκατὸν | Ταρτησσοῦ. 11 ἐρίβρομον | Δεόνυσον. Deinde in fine versus nonnumquam elisio fit, quam ἐπισυναλοιφή a grammaticis nominari Choeroboscus testis est (Anecd. varia gr. I 68 Studem.). Haec autem exstant exempla: 2, 4 ἐπιστρέφεαι δ᾽ | ὑψηλάς; 2, 7 κεχαρισμένης δ᾽ | εὐχωλῆς; 2, 10 τὸν ἐμὸν δ᾽ ἔρωτ᾽ | ὦ Δεόνυσε; 7 ἔμοιγ᾽ | ἀστεμφής; et in versu ionico 63, 10 καλοῖσ᾽ | ὑποπίνοντες. Primo in pede glyconei vel pherecratei semper fere spondeus ponitur; tribus tantum locis trochaeus (2, 3; 5. 12 a), duobus iambus (8, 1. 10) invenitur. Dactyli translationis vetustissimum exemplum (cf. Wilam. Isyll. p. 127 adn. 5) habemus in 2, 5 ὑψηλὰς ὀρέων κορυφάς.

Simplex est fr. 75 compositio. Constat tribus strophis[9]). Una quaeque stropha semper novam cogitationem continet: metri igitur et sententiae finis idem est. Cuius rei alterum quoque exemplum redit in 43: cf. quod de hoc fragmento infra dicam.

fr. 14. Duo enuntiata sunt, quorum alterum, quod antecedenti contrariam sententiam continet, per *δέ* incohatur et per *μέν* — *δέ* amplificatur, cuius primum colon duobus enuntiatis bis interrumpitur (v. 5 *ἐστὶν γὰρ ἀπ' εὐκτίτου Λέσβου*, et v. 7 *λευκὶ γάρ*). Schema igitur est hoc: α a b β b¹ γ b² c. — *γὰρ* quod hic bis legitur, parentheticam habet vim (vertendum per ‚freilich'). Similis est eius notio Her. III 120, ubi Mitrobates Oroeten ludibrio vexans haec dicit: *σὺ γὰρ ἐν ἀνδρῶν λόγῳ, ὃς βασιλέι νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ προσκειμένην οὐ προσεκτήσαο, ὧδε δή τι οὖσαν εὐπετέα χειρωθῆναι, τὴν τῶν τις ἐπιχωρίων πεντεκαίδεκα ὁπλίτῃσι ἐπαναστὰς ἔσχε καὶ νῦν αὐτῆς τυραννεύει.*

fr. 63.

ἄγε δή, φέρ' ἡμίν, ὦ παῖ, κελέβην,
ὅκως ἄμυστιν προπίω,
τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος,
τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους,
ὡς ἀνυβρίστως ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω.
ἄγε δεῦτε, μηκέθ' οὕτω . . . . .

Vocabuli *ἄγε* repetiti gravior fit vis eo, quod v. 1 adhibetur a poeta, qui ad pocula uno impetu exhaurienda hortatur; v. 7 ab eodem, qui amicos modicam potionem ut praeferant admonet. Haec igitur

---

9) Systematis trochaici ex tetrametro acatalecto et catalectico compositi vetustissimum hoc exemplum est. Deserenda est librorum partitio, qui dimetros tantum distinguunt. Verba enim quae leguntur in v. 2 δοκεῖς δέ μοὐδὲν εἰδέναι σοφόν metro dirimi non possunt, itaque in v. 4 scribendum erit στρέφοιμι σ' (στρέφοιμι: στρέφοιμ' AB) ἀμφὶ τέρματα δρόμου (sic Bergk), nisi malis στρέφοιμ' ἂν (quod quidem in ἀμφί latere videtur). Utrumque ferri potest. ἂν enim particula duobus in membris ex aequo coniunctis uno in enuntiato nonnumquam omittitur (cf. Hermann, de particula ἂν IV 6). Obiectum in στρέφω verbo transitiva cum vi adhibito interdum non ponitur, sed supplendum est: cf. Σ 544. 546. V. 3 quia legitur ἐμβάλοιμι | ἡνίας, binorum versuum inter se non cohaerentium esse systema constat. Diaeresin hic semper servatam esse vides, neglectam in 76. 78. Secundi coli prima syllaba longa soluta est in 77 ἀναμεμείξονται τρίχες.

duo membra cum inter se respondeant, post v. 6 lacunam Bergk vix recte statuit. De metro v. infra ad fr. 43.

fr. 21.

Πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ᾽ ἐσφηκωμένα,
καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσί,
καὶ ψιλὸν περὶ πλευρῇσι (*δέρριον* Bergk) *βοός, νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος,*
ἀρτοπώλισιν καὶ ἐθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς ὁ Ἀρτέμων,
κίβδηλον εὑρίσκων βίον,
πολλὰ μὲν ἐν δουρὶ δεθεὶς αὐχένα, πολλὰ δ᾽ ἐν τροχῷ, πολλὰ δὲ νῶτον σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς,
κόμην πώγωνά τ᾽ ἐκτετιλμένος.
Νῦν δ᾽ ἐπιβαίνει σατινέων,
χρύσεα φορέων καθέρματα πάις Κύκης,
καὶ σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην φορεῖ γυναιξὶν αὔτως . . . . .

Schema igitur est hoc: (A:) a b c d e (B:) a α b . . . . a ex tribus colis per *καί* inter se coniunctis compositum est, quorum primum et tertium appositione amplificata sunt; in d item tria sunt cola per *μέν, δέ, δέ* cohaerentia. Per totum primum membrum participia tantum inveniuntur. Hominis nomen v. 5 prolatum (*ὁ πονηρὸς ὁ Ἀρτέμων*) v. 11 sic variatur: *πάις Κύκης*. Haec nominis immutatio propter cavillandi rationem, quam sequitur poeta, notabilis est, nam *Κύκη* nihil aliud est nisi *φαρμακεύτρια*. Cf. Hes. *κυκειῶ· πόμα ἐκ πολλῶν βοτανῶν συγκείμενον φαρμακίας, ποτὸν δηλητήριον.*

fr. 43. Poeta senectute sese esse confectum neque adhuc iuvenem cum dicturus est, hoc ita variatum reddit, ut utraque res, quae alteri opposita sit (h. e. senectus et iuventus) exprimatur binis membris eundem sensum indicantibus, quae non iuxta ponuntur, sed alterno ordine:

πολιοὶ μὲν ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κάρη τε λευκόν,
χαρίεσσα δ᾽ οὐκέθ᾽ ἥβη πάρα,
γηραλέοι δ᾽ ὀδόντες,
γλυκεροῦ δ᾽ οὐκέτι πολλὸς βιότου χρόνος λέλειπται.

Schema igitur non est a a b b, sed hoc: a b a b, si ea membra, quae ad idem pertinent, iisdem litteris designamus. Quod toto in enuntiato factum esse videmus, in primo eius membro repetitur. Nam poeta, qui canum esse caput dicere vult, cum scribit *πολιοὶ μὲν*

ἡμὶν ἤδη κρόταφοι κάρη τε λευκόν, duas notiones, quarum utraque capitis canitiem significat, pro una posuit, easque ex diverso collocatas. *κρόταφοι* cum tempora sint, *κάρη* hoc loco non caput esse potest, sed vertex tantum, ut alio loco, So. El. 1310 *γέλωτι τοὐμὸν φαιδρὸν ὄψεται κάρα*, de vultu dicitur. Versu tertio adiectivo bis a substantivo suo disiuncto collocationem esse artificiose implicitam vides. Haec omnia igitur verba cum periodi instar arte cohaereant, atque hoc in fragmento dimeter ionicus purus bis eodem loco redeat (*γλυκεροῦ δ' οὐκέτι πολλός* et *κάθοδος, καὶ γὰρ ἕτοιμον*), post *λέλειπται* (v. 3) et *ἀναβῆναι* (v. 6) metri et sententiae eundem finem esse constat. Habemus igitur duo ionica dodecametra. Atque eandem sententiae et metri finis congruentiam habemus in fr. 63; praeterea metrum quoque idem est, nam dimeter ionicus purus bis eodem loco redit: 5 *κυάθους, ὡς ἀνυβρίστως*[10]) 11 *ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις*. In fine versus excidit.

10) ἀνῠβρίστως igitur poeta dixit; muta et liquida intra verbum vocalem non producunt etiam his locis: Ἀ̆φροδίτη 2, 3; 94, 3 (sic Homerus quoque); δᾰ́φνῃ 78. Brevis vocalis est in fine vocabuli his locis: οὐκέτῐ Θρηικίης 96 (cf. E 462 ἡγήτορῐ Θρῃκῶν), sed δίνῃσῐ θρασυκαρδίων 1, 5; ἀστοῖσῐ προσηνής 15, 2 ἀλλᾰ̀ πρόπινε 66; εὐέθειρᾰ χρυσόπεπλε 76. — Sed περῐ̀ | πλευρῇσι 21. 2, nam praepositio cum vocabulo suo coalescit (cf. παρᾰ̀ πλέῳ 94, 1): versus igitur 2 et 3 ibi synaphia inter se coniuncti sunt. Praeterea vocalis finalis productae hoc unum tantum exemplum habes: τέρματᾱ δρόμου 75, 4.

Caput quartum.

De epigrammatis.

Epigrammatis A. P. VI 134—145 additum est nomen auctoris ita, ut primo apponeretur a scriba A codicis Palatini, repetitum a C in margine, reliquis τοῦ αὐτοῦ ab A, quod omissum in 137 supplevit, in 145 falso adiecit C.

A. P. VI 134 (= 108 B.).

In feminae quidem nomine Ἑλικωνιάς[1]) offendere non licet Ionibus usitato, qui Neptuni Heliconii numen omnium maxime colunt (Her. I 148), tamen Anacreonti vix tribui poterit. Totum enim epigramma nihil aliud est nisi descriptio tabulae pictae Baccho dedicatae, in qua feminae deo sacra ferentes factae erant.

135 (= 102 B.).

Hoc quoque Anacreonti tribui non potest. Nam cum poeta dorica dialecto usus non sit, restitue formas ionicas: non poteris. Genuinae igitur ibi sunt formae doricae. Recte autem iudicavisse mihi videtur Reitzenstein (Epigramm u. Skolion p. 107), cum epigramma vetustum esse putat. Certe redit ad statuam illam, cuius Pausanias mentionem facit (VI 13, 9), neque obstare huic sententiae videtur, quod periegetes Corinthiacam de Pheidola memoriam secutus equam fuisse dicit.

136 (= 109 B.).

De veste agit deae cuidam consecrata, cuius ornatum faciendum Dyseris excogitavit et Praxidicam, quae eum fecit, edocuit. Dyseris igitur domina est, quae eam obtulit. Locutio vetustatis signum prae se fert. σοφίη enim, de manuum artificio dictum, veteris sermonis

1) Nomen redit in anaglypho Melio: C. I. G. II 2426.

proprium est. Cf. velut Kaibel epigr. 1100 *ἄνδρες ἐποίησαν σοφίαισιν καλὸν ἄγαλμα. ἐβούλευσεν* et *ἔρεξεν* simili modo inter se opposita sunt, ut *βουλεύειν* et *δρᾶν* in sermone Atticorum forensi [2]); *ἔρεξεν* igitur non est *ἔβαψεν*, quod Meineke voluit, neque de veste acu picta dici Bergk recte iudicavit, sed idem est atque *ἐποίησεν*. Oppositio ut gravior sit, verba ex diverso collocata esse vides. Anacreonti abiudicandum non esse feminae nomen *Δύσηρις* indicat. Quae fuerit compertum habemus ex Meinekii de ea disputatione (cf Monatsber. d. preuss. Akad. d. Wissensch. 1852, p. 585): fuit uxor Echecratidae, Thessaliae principis Larissaei, eiusdem, quem muneris cuiusdam Baccho oblati dedicatorem aliud Anacreontis epigramma laudat A. P. VI 142 (= 103 B.):

Σήν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄστεϊ κόσμον
Θεσσαλίης μ' ἀνέθηκ' ἀρχὸς Ἐχεκρατίδης.

Primo versu quod legitur *σήν τε χάριν*, talis structurae vetustissimum exemplum sit. De *χάριν*, quod eandem vim habet atque *ἕνεκα*, pluribus egit Apoll. Dysc. de coni. p. 514 Bekk., ubi inter alia haec quoque leguntur: *ἔτι μέντοι φησὶν ὁ Τρύφων, ὡς παρὰ τὸν Εὐριπίδην καὶ ἔτι ἄλλοις ποιηταῖς ὀνοματικῆς συντάξεως ἔτυχεν.* Euripidis imprimis hunc vocabuli usum proprium esse recte animadvertisse mihi videtur grammaticus, cum saepius apud eum inveniatur. Accuratius egit de ea re Schaefer ad Gregor. de diall. p. 32. Apud Aeschylum quoque exstat (Pers. 1017, Eum. 920) et Aristophanem (Ach. 1232). Memorabilis est versus ille So. Tr. 485 *κείνου τε καὶ σὴν ἐξ ἴσου κοινὴν χάριν.* Cum pronomine possessivo coniunctum *χάριν* in epico sermone nondum invenitur. *Ο* 743 *ὅστις δὲ Τρώων κοΐλησ' ἐπὶ νηυσὶ φέροιτο σὺν πυρὶ κηλείῳ, χάριν Ἕκτορος ὀτρύναντος*, Hectoris ad voluntatem; Hes. Op. 709 *μηδὲ ψεύδεσθαι γλώσσης χάριν*, h. e. linguae gratia mentiri, mendacis linguae esse. Cum articulo adhibet etiam Her. V 99 *οἵ τε Ἀθηναῖοι ἀπίκοντο*

---

2) Cf. velut Aesch. Agam. 1605 ubi dux chori Aegistho haec dicit: ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' (Agamemnoni) ἐβούλευσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Locos, quibus haec designatio eodem modo redit vel similiter variatur, nuperrime collegit H. Gleue, de homicidarum in Areopago Atheniensi iudicio, p. 41. ῥέζω ionicum est et poetici sermonis proprium, ex quo sumpsit Plato legg. I 642 c: ὡς ἡ πόλις ὑμῶν . . . ἡμᾶς οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔρρεξε.

εἴκοσι νηυσίν, ἅμα ἀγόμενοι Ἐρετριέων πέντε τριήρεας, αἳ οὐ τὴν Ἀθηναίων χάριν ἐστρατεύοντο, ἀλλὰ τὴν αὐτῶν Μιλησίων, ὀφειλόμενά σφι ἀποδιδόντες. Antiqui *εἰς* praepositionis ellipsin esse persuasum habent (cf. Apoll. Dysc. l. c.); sic circumscribere licet accusativum, nam finem denotat, ad quem petendum actio derigitur. ‚Echecratidas, Thessaliae dux, tibi, Bacche, propitius ut ei sis, et urbi splendidum decus hoc dedicat.' Pisistrati eiusque filiorum et Thessalorum ducum intimam fuisse societatem et amicitiam notissimum est. Cf. quoque Thuc. I 111, ubi Orestes commemoratur Thessalus domo expulsus, quem eiusdem Echecratidae filium esse Bergkius iam vidit, quem precibus eius commoti Athenienses vi et armis reducere student. Hoc igitur num donum est, quod Echecratidas Athenis dedicavit Baccho novo Atheniensium deo, cuius honores a tyrannis aucti sunt, quod eius qui consecravit iussu Anacreon epigrammate ornavit? Etiamsi hoc quidem non recte coniecerim, tamen id certissime constat (quod etiam Meinekio dubium esse non visum est), utrumque epigramma, cum tempus quoque quod respicit tam bene congruat, Anacreonti esse tribuendum. Praeterea hoc quoque Meinekius recte conclusit apparere ex duobus his epigrammatis, poetam certo quodam vitae tempore Larissae apud Aleuadas fuisse [3]).

137 (= 110 B.).

Homerum imitatus poeta Apollinem *Ἀργυρότοξε* alloquitur (A 37). *πρόφρων* deus nominatur hominibus propitius, ut ν 359 Ulixes de Minerva dicit. *εὐχωλή* hoc loco non votum est, sed rem voto promissam significat, donum igitur Apollini a Naucrate positum. Anacreonte haud indignum.

138 (= C. I. A. I 381, Kaibel 758, 104 B.).

Πρὶν μὲν Καλλιτέλης ἱδρύσατο· [τόνδε δ' ἐκείνου
ἔ]γ[γ]ονοι ἐστήσαν[θ', οἷς χάριν ἀντιδίδου].

Lapidem, ex quo hoc epigramma descriptum erat, in lucem rediisse primus vidit Kirchhoff (cf. Monatsber. d. preuss. Akad. d. Wissensch. 1871, p. 393). Est Hermes capite truncus (comae tantum paululum

3) Echecratidae uxoris etiam Simonidem in carmine quodam mentionem fecisse dicit schol. Theocr. 16, 34 ὁ Ἀντίοχος Ἐχεκρατίδου καὶ Δυσήριδος (Σύριδος: em. Valesius) υἱὸς ἦν, ὥς φησι Σιμωνίδης.

reliquum est in umero: cf. Mitt. ath. V 251), e marmore candido factus, in vico *Χαϊδάρι* inter Athenas et Daphni sito effossus. Anathema dedicatum fuisse Apollini Pythio ex loco, quo repertus est, apparere potest neque minus ex lemmate a C ad 138 addito *ὁμοίως*, h. e. *ἀνάθημα τῷ Ἀπόλλωνι* (cf. lemma ab A additum ad 137). Atque ex litterarum formis concluserat Kirchhoff, lapidem inter Ol. 80 et 83 (460/447) esse incisum; qua de causa omnes eum secuti Anacreonti hoc epigramma tribui posse negaverant. Sed rectius animadvertit Lolling (cf. Mitt. ath. l. c. p. 253 adn. 3) saeculi sexti esse titulum. In stela enim Lyseae manibus posita (C. I. A. I 468) Λ, in titulo arae Apollinis Pythii a Pisistrato Hippiae tyranni filio dedicatae (C. I. A. IV [Suppl.] 373 e = Thuc. VI 54) A tantum, in hermae epigrammate Anacreonteo utraque forma invenitur. Huius igitur lapidis aetas ad illorum aetatem nonne proxime accedit? Omnia autem cum optime congruant, lemmatum, quae in codice Palatino inveniuntur, minime deesse fidem quandam illud exemplum satis docet. Anacreonti igitur abiudicare nolim. Versu primo *μ'* intulit librarius: deest in lapide; versu secundo *ἔστασαν θ'* A, *ἐστάσανθ'* C praebet: *ἐστήσανθ'* Kaibel.

139 (= 105 B.)

Anaxagoras est Aegineta, qui Iovis statuam aeneam decem ulnas altam fecit (Paus. V 23, 1 = Overbeck, S. Q. 433. 434), quam Graeci post pugnam Plataeensem Olympiae dedicaverunt. Hoc autem tum tantum ei mandari potuit, cum aetate aliquantum provectus maiorem artis suae opinionem apud Graecos obtinuit. Hoc igitur epigramma Anacreonti nos item tribuere tempus minime vetat. Donorum dedicatoris et fabricatoris nomina, ne fugiant hosce versus legentem, in initio et fine ponuntur.

140 (= 106 B.).

Anathema est, quod Melanthus Baccho dedicat *μνῆμα χοροῦ νίκης*. Epigramma Anacreontis esse non potest. Nomen enim *Ἀρηΐφιλος*, id quod me monet Wilamowitzii auctoritas, a vetusto Graecorum appellationis more omnino abhorret; nomina propria ex epico sermone petita (velut hic ex *ἀρηΐφιλος* heroum epitheto homerico) recentis demum temporis propria sunt.

141 (= 107 B.).

Apud Homerum quidem plus quam semel *πόλεμος δυσηχής* nominatur, sed quod hoc in epigrammate legitur, non est, cur lemmatis fidem in dubium vocemus. Poeta enim, cum diceret *πόλεμον δακρυόεντα* (94, 2) [4]), non minus arte Homerum secutus est (cf. velut *Θ* 388).

143 (= 111 B.).

Ordo alphabeticus quidem hic deseritur; attamen Anacreonti abiudicandum non est. Epigramma praetereuntem alloquitur, a quo petit, ut precibus Mercurium vocans Timonacti deum propitium efficiat, *ὅς μ' ἐρατοῖσ' ἀγλαΐην προθύροις Ἑρμῇ τε κρείοντι καθέσσατο.* Eandem habemus formulam atque in 142 *σήν τε χάριν, Διόνυσε, καὶ ἀγλαὸν ἄστει κόσμον.* Statua igitur est, quae in gymnasii introitu erat posita Mercurio ludorum gymnicorum fautori. *καθέσσατο* = *ἱδρύσατο* (cf. *καθέσσαντο* Pind. P. V 42). *κρείων* Mercurius hoc tantum loco nominatur; de deis apud Homerum quoque in usu est, velut de Neptuno et Iove. Timonactis nomen redit in titulo Teio: cf. C. I. G. II 3099.

144 (= Sim. 150 B.).

Ordo alphabeticus antea interruptus recipitur, sed epigramma Anacreontis esse non potest; hoc patet e codicis Palatini memoria. In

---

4) Poetam non in hac tantum locutione, sed per totum quoque huius elegiaci carminis fragmentum ab epico sermone pendere videmus; tamen non sine libertate quadam eius exemplum imitatur (eadem res est etiam in eius epigrammate A. P. VII 226: de quo v. infra), cum haec dicit: οὐ φιλέω, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει, ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης. ἀγλαὰ δῶρα (velut A 213) et δῶρ' ἐρατὰ . . . Ἀφροδίτης (Γ 64) Homerus; deinde poeta, cum sese eum amare profitetur, qui Musarum et Veneris splendida dona commiscens laetitiae indulgeat, ad oppositionem quam cogitat augendam verbum συμμίσγειν huc transposuit ex locutione Homero nondum nota, sed ad epicum sermonem certe referenda, quae invenitur in Attici lapidis epigrammate (Hoffmann, syll. epigr. graec. 407): ἐνθάδ' ἀνὴρ ὄμοσε[ν κατ]ὰ hόρκια παιδὸς ἐρασθεὶς νείκεα συμμείξειν πόλεμόν θ' ἅμα δακρυόεντα. Nam epigramma Anacreontis verba respicere Kaibel non recte coniecit (cf. ad epigr. 19), quia res quae ibi agitur prorsus alia est. νεῖκος πολέμοιο Homerus dixit (N 271, σ 264, ω 543) et Pindarus (I. VI 36). Ar. vesp. 865 chorus de patre cum filio conciliato: φήμην ἀγαθὴν λέξομεν ὑμῖν, ὅτι γενναίως ἐκ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ νείκους ξυνεβήτην. — Apud Anacr. in v. 1 συστολήν habes: οὐ φιλέω, ὅς.

eodem enim anthologiae libro post epigr. 213 repetitum legitur, ubi Simonidi tribuitur. Praeterea propter tempus quoque dubium est. Nam idem est Leocrates, qui bello a. 457 ab Atheniensibus contra Aeginetas gesto praeerat (cf. Thuc. I 105).

145. Anacreontis non est.

346 (= 112 B.).

Versu tertio quia legitur *Εὐωνυμέων ἐνὶ δήμῳ*, atticae esse originis epigramma constat (cf. enim Hes. *Εὐώνυμον· . . . δῆμος φυλῆς τῆς Ἐρεχθηίδος; δημοτικόν* est *Εὐωνυμεύς*: cf. Steph. Byz. s. *Εὐωνύμεια*), neque ante 508/7 haec dona Mercurio a Tellia (*τέλαιαι* P: em. Reiske) dedicata esse. Hoc igitur epigramma Anacreonti si tribuendum sit (quod quidem dubitari posse mihi videtur, nam certum eius auctoritatis argumentum deest), poetam fere sub ultimos saeculi sexti annos Athenis fuisse verisimile est. — *ἱμερόεντα βίον* nova est locutio (nam Homerus tantum *ἀγαθὸν βίον* dixit); et *πόρε* ex epico sermone desumptum (redit Pind. I. VI 49, Aesch. Pr. 630). *εὐθύδικοι* nominantur *Εὐωνυμεῖς*, sc. iusti: cf. Aesch. Ag. 731 *οἴκων . . . εὐθυδίκων*, Eum. 308 *εὐθυδίκαιοι δ᾽ εὐχόμεθ᾽ εἶναι. εὐθυδικία* apud Demosthenem exstat. *αἰών* = aevum; sic quoque Homerus.

VII 160 (= 101 B.).

πολέμοις forma dorica propter *σᾶμα*, quod eodem versu legitur, minime est. Formae enim doricae, quae in epigrammatis Anacreontis exstare dicuntur, hoc uno excepto (VI 135), ubi genuinas eas esse iam vidimus, omnes ad scribarum corruptelas redeunt, nam nonnumquam integra quoque forma ionica iuxta traditur. Scribendum igitur est *πολέμῳ* pro *πολέμοις*, quae brevis dativi forma hoc versus loco non admittitur. Cf. *I* 53 *Τυδεΐδη, περὶ μὲν πολέμῳ ἔνι καρτερός ἐσσί*; deinde cum Bergkio mutandum est *καρτερὸς ἦν* (*ἐν* P) *πολέμῳ*, verbum enim desideratur. — Similiter dixit Aesch. fr. 100 *ἀλλ᾽ Ἄρης φιλεῖ ἀεὶ τὰ λῷστα παντὸς ἐξαμᾶν στρατοῦ*. Anacreonti non abiudicem.

226 (= 100 B.).

Epigramma est, quod fecit poeta Agathonis Abderitae manibus pro civibus in proelio contra Thraces mortui. Poetam Abderae fuisse cum traditum sit (cf. Suid. s. v.), verba *πᾶσ᾽ ἐπὶ πυρκαϊῇς ἥδ᾽ ἐβόησε πόλις* hanc vim nonne habent, ut ex iis poetam ipsum et in

proelio, in quo virtute omnibus praestabat aequalibus Agathon, et in lamentatione funebri adfuisse apparere videatur? Locutiones homericae in hoc quoque epigrammate redeunt. *πυρκαϊῇ* de rogo dictum legitur *H* 428 *οἱ δὲ σιωπῇ νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον ἀχνύμενοι κῆρ.* Pendere eum ab epico sermone manifestum est imprimis in his verbis: *ὅντινα γὰρ τοιόνδε νέων ὁ φιλαίματος Ἄρης ἠνάρισεν*: cf. *E* 844 *τὸν μὲν Ἄρης ἐνάριζε μιαιφόνος. φιλαίματος* hic primum invenitur. Cf. Aesch. Sept. 45 *Ἄρη τ' Ἐνυὼ καὶ φιλαίματον Φόβον*, Eur. Phoen. 174 *γῆς φιλαίματοι ῥοαί*, Rhes. 932 *καί σ' ἀμφὶ γῆν μὲν πατρίαν φιλαιμάτους* (sic libri recte) *ἀλκὰς κορύσσοντ' οὐκ ἐδείμαινον θανεῖν.* Anacreon autem cum diceret *ἐν στροφάλιγγι μάχης*, Homerum quidem in vocabulo *στροφάλιγξ* sectatur, sed cum pulchra locutionis immutatione. Nam apud illum *στροφάλιγξ* de pulveris tantum vortice ponitur (cf. *Φ* 503, *Π* 775, *ω* 39), qui pugnantium turbam aut occisum circumvelat vi corporis ruentis elatus: Anacreon autem de pugna dicit, in qua vel huc vel illuc armis concurrunt et conflictantur. *στυγερή* nominatur *μάχη*, ut *πόλεμος στυγερός* *Δ* 240 *T* 230. Homeri igitur vestigiis eum plus quam semel in epigrammatis insistere constat (cf. ad VI 137. 141. 346), hic cum libertate quadam eius sectatorem eum esse videmus. v. 1 *Ἀβδήρων προθανόντα*: cum hac vi hic primum legitur *προθνήσκειν*; cf. Eur. Heracl. 590 *προύθανον γένους*, Alc. 683 *οὐ γὰρ πατρῷον τόνδ' ἐδεξάμην νόμον, παίδων προθνήσκειν πατέρας, οὐδ' Ἑλληνικόν* (*ὑπερθνήσκειν* 682) et v. 383. 620. 710. *αἰνοβίης* (compositum ex *αἰνός* et *βίη*), vehementi robore praeditus, *πολεμικός* (cf. Suid. s. *αἰνοβίας*) hoc tantum loco invenitur. Denique etiam *βοᾶν τινά* locutionis, h. e. lamentari, conqueri alicuius mortem, vetustissimum exemplum hic exstat. Nam apud Homerum aut intransitive usurpatur, aut cum accusativo adverbiali coniungitur velut *μακρὰ βοᾶν.* Cf. So. El. 802, Eur. Troad. 28, A. P. VII 486 (*Ἀνύτης*): *πολλάκι τῷδ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι Κλείνα μάτηρ ὠκύμορον παῖδ' ἐβόασε φίλαν.* — Hoc autem epigramma num quis Anacreontis esse negabit?

263 (= 113 B.).

Kaibel (Stil u. Text d. *Ἀθην. πολ.* p. 131 adn. 3) Anacreonti abiudicavit propter *πατρίδος αἴης* locutionem homericam. Sed hac in re non offendemus neque in eo, quod versu proximo legitur *Νότου λαίλαπι*

χειμερίῃ: cf. enim, quae supra de Anacreonte Homeri imitatore dixi. *θαρσήσαντα λαίλαπι*: Homerus aut intransitive aut (uno tantum loco) cum accusativo coniunctum verbum adhibet: *θ* 197 Minerva Ulixi *θάρσει τόνδε γ' ἄεθλον*, h. e. bono sis licet animo hoc in certamine. Cf. So. O. C. 649 (Theseus Oedipoda supplicem alloquitur) *θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός· οὔ σε μὴ προδῶ*, de me meoque praesidio bono sis licet animo. Her. VII 50 *κρέσσον δὲ πάντα θαρσέοντα ἥμισυ τῶν δεινῶν πάσχειν μᾶλλον ἢ πᾶν χρῆμα προδειμαίνοντα μηδαμὰ μηδὲν παθεῖν*. Cum dativo coniunctum legitur Her. III 76 (de Persis Magis imperium erepturis): *ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ τήν τε Δαρείου πάντες αἴνεον γνώμην καὶ ἔπειτα ἤισαν ἐπὶ τὰ βασιλήια τεθαρσηκότες τοῖσιν ὄρνισιν*, h. e. hoc prodigio confisi. Thuc. VII 49 de Nicia: *καὶ ἅμα ταῖς γοῦν ναυσίν, ᾗ πρότερον, ἐθάρσησε κρατηθείς*; de Pericle II 65 *ὁπότε γοῦν αἴσθοιτό τι αὐτοὺς* (Athenienses) *παρὰ καιρὸν ὕβρει θαρσοῦντας*, h. e. superbiae indulgentes. Hoc autem loco intellegendum videtur de Cleonorida, ut in patriam redire possit, austri vi atque furori audaciter resistente. Pergit poeta *ὥρη γάρ σε πέδησεν ἀνέγγυος*, h. e. tempus, cui ἔγγυοι, testes desunt, incertum (*ἀνέγγυος· ἄπιστος* Hes.), *σε ὑποχείριον ἐποίησεν* (Hes.: cf. *Δ* 517 *Διώρεα μοῖρα πέδησεν*, et saepius), nam medio in mari naufragium fecit Cleonoridas, neque quo loco neque quo tempore factum sit scitur. *γάρ* parenthetice positum est. Eleganter dictum est *ὑγρὰ δὲ τὴν σὴν κύματ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔκλυσεν ἡλικίην* [5]). *ἔκλυσεν* retinendum, male *ἔκλασεν* Bergk coniecit. Cf. Archil. 9, 3 *τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης* (*Δ* 34) *ἔκλυσεν* (sic B recte); de fluviis dicitur, qui naufragos submergunt. Hoc igitur poeta dicere vult: ‚undae tuam suavem iuventutem submerserunt'. Sententiarum concinnitas et elegantia tanta est, ut Anacreonti cur abiudicemus et lemmati fidem denegemus non intellegam.

IX 715. 716 (= 115. 116 B.).

Utrumque epigramma omnes certe ei non tribuent, quia Myronis artificium celebrare omnino non potuit.

---

5) ἱμερτὴν ἡλικίην nova est locutio. Semel invenitur apud Homerum, ubi de flumine dicitur (B 751), κίθαριν ἱμερτήν h. Merc. 510, στεφάνους ἱμερτούς Hes. Th. 577 (v. spurius). Cf. Sim. A. P. VII 513 ἠνίκ' ἀφ' ἱμερτὴν ἔπνεεν ἡλικίην.

XIII 4 (= 114 B.).

Anacreontis est: vero amici mortis maerore poetam esse captum nonne vides? ἀμύνων πατρίδος δουληίην dicit: Teius igitur fuit Aristoclides. Metrum trochaicum in antiquis monumentis sepulcralibus non invenitur, hi igitur versus in lapide omnino non erant incisi. Praeterea poeta in iis ipse loquitur: ad carmen igitur eius aliquod cantui destinatum certe redeunt.

Haec habui, quae de epigrammatis dicenda esse mihi viderentur. Undeviginti igitur epigrammatum septem (VI 134. 135. 140. 144. 145. IX 715. 716) Anacreontis non esse ostendere conatus sum: de reliquis fortasse mecum non omnes consentient, tamen numerum quendam eorum poetae omnino abiudicandum non esse demonstravisse mihi videor.

Caput quintum.

De delectu verborum.

Sermonem Anacreontis accuratius perscrutari cum mihi in animo esset, si tale propositum omnino ad finem perducere vellem, id ante omnia mihi agendum esse videbatur, ut eorum verborum, quae ille usurpavit, indicem conficerem plenum. Quem in fine opusculi posui; hoc autem loco de iis tantum vocabulis nonnulla dicam, quae ad veram illius poeseos speciem percipiendam maxime idonea esse mihi visa sunt.

Atque primum quidem tractavi ea vocabula, quae in epico quoque sermone usitata sunt: sed duplici modo hic discernendum erat, et inter ea, quae eadem cum vi usurpata ibi inveniuntur, et inter ea, quorum vis aut structura ab usu epico plane diversa sunt; deinde egi de iis vocabulis, quae in epicis carminibus omnino desunt. Ab hac ratione paucis tantum in verbis discessi, quae, ut eorum formationis similitudo magis perspicua esset, vel alia de causa in initio composui.

Ubique in singulis verbis aut locutionibus alphabeticum ordinem secutus sum, quam rationem ea de causa praetuli, ne nimis artificiosa dispositione totius dissertationis conspectus impediretur.

I.

1. **de particulis.**

ἄγε.] 63, 1 *ἄγε δή, φέρ'* 63, 7 *ἄγε δεῦτε . . . μελετῶμεν. ἀλλ' ἄγε δή* Homerus dicit, perraro tantum *ἄγε δή*, velut *Ω* 406 *εἰ μὲν δὴ θεράπων Ἀχιλῆος εἶς, ἄγε δὴ κατάλεξον*; semper autem *δεῦτ' ἄγε.*

οὐδ' αὖ.] 56 *οὐδ' αὖ μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν;* Haec verba Anacreontis esse vidit G. Hermannus, el. doctr. metr. 493. In carminibus epicis *αὖ* tantum = 'vicissim, porro' exstat; eadem autem locutio apud Atticos saepius redit vario modo adhibita. Primum incohat sententiam, quae ex verbis antecedentibus de alia et simili re colligi potest. Ar. eccl. 667 *οὐδ' αὖ κλέπτης οὐδεὶς ἔσται;* Deinde in enuntiati initio ponitur, quo antecedens sententia nova aliqua aut simili re addita certior fit aut amplificatur. So. El. 910 *κἀγὼ μὲν οὐκ ἔδρασα, τοῦτ' ἐπίσταμαι, οὐδ' αὖ σύ.* Cf. Ai. 1116. Cum

substantivo quoque ita coniunctum apparet. Eur. fr. 431 *ἔρως ἄνδρας οὐ μόνον ἐπέρχεται, οὐδ' αὖ γυναῖκας.* Her. VII 187 *γυναικῶν δὲ . . . καὶ εὐνούχων οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀτρεκέα ἀριθμὸν οὐδ' αὖ ὑποζυγίων τε καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων.* Postremo enuntiatum incohat, quod antecedenti contrariam continet sententiam. So. El. 1033 *ΗΛ. ἐλθοῦσα μητρὶ ταῦτα πάντ' ἔξειπε σῇ. ΧΡ. οὐδ' αὖ τοσοῦτον ἔχθος ἐχθαίρω σ' ἐγώ.*

γε.] Adversativam tantum habet vim *ὅμως γε μέν* 95 [1]), nam *ἔγωγ'* 3, 1 *ἔμοιγ'* 7 iam plane coaluerunt.

δεῦτε.] Codicum memoria omnino sibi non constat, qui et *δεῦτε* et *δηῦτε* (h. e. *δὴὖτε*) praebent. Velut apud Anacreontem, qui hac particula saepius usus est, Hephaestionis codex A semper *δηὖτε* tradit, Athenaeus autem (excepto uno loco: 63, 7) aliique *δεῦτε* praeferunt. Atque Alexandrini quidem, qui per *δή* et *αὖτε* compositum esse volunt, *δηὖτε* scribendum esse persuasum habuerunt: cf. Tryphon. ap. Apoll. Dysc. de coni. p. 495 Bekk.: *οὐ γὰρ οἷόν τε εὑρέσθαι τὸ ῡ ἐκθλιβόμενον, προσλαμβανόμενον δὲ κατὰ τὰς γινομένας συναλοιφάς, ὡς ἐν τῷ δὴ αὖτε δηῦτε, ὁ αὐτὸς ὡὑτός, ἐμέο αὐτοῦ ἐμεωυτοῦ*; et exstant certa in *δή* particula craseos exempla (cf. Hermann. opusc. IV 383; Ahrens, Kl. Schr. I 55: quae in dubium vocare non debuit Blass., gr. Gramm. I 222), sed veterum sententiam quin sequamur hoc obstat, quod omnibus locis eius vis prorsus alia est, ut oppositionem vel repetitionem quandam, quae per *αὖτε* exprimitur, significare non possit. Ahrens igitur, qui Philol. VII 433 de hoc vocabulo egit, aliam eius formae originem fuisse sumit, ut ex *δηῦτε* correptione ortum sit, ut ex *γρηῦς γρεῦς* et ex *νηῦς νεῦς*. Sed hoc falsum est, nam apud Homerum *δεῦτε* tantum traditum est. Neque exstat eiusdem correptionis exemplum in particula *εὖτε* pro *ἠΰτε* in comparationibus posita, quae forma apud Homerum duobus quidem locis invenitur, sed utroque loco alia quoque lectio *ἠΰτε* iuxta tradita est. Cf. *Γ* 10 *ἠΰτ' ὄρεος κορυφῇσι νότος κατέχευεν ὀμίχλην.* schol. *διὰ τοῦ ε αἱ Ἀριστάρχου τὸ εὖτε.* Sed *ἠΰτε* legebatur in editione Chia Massiliensi aliisque [2]). *Τ* 386 de Achillis armis novis *τῷ δ' ἠΰτε πτερὰ γίνετ'. ηὖτε* (sive *ἠΰτε*) A al. Cf. schol. *οὕτως εὖτε Ἀρίσταρχος· συνέσταλται δὲ τὸ ἠΰτε, καὶ διὰ τοῦ ε εἴρηται. παρὰ δὲ Ἀριστοφάνει τῷ δ' ὥστε· ἐν δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν πόλεων τῷ δ' αὖτε. ἠΰτε* igitur forma, quam aliis locis velut *Α* 359 *Β* 87 metrum quoque desiderat, quin integra sit dubium esse non potest. Itaque *δηῦτε* omnino non exstitit, sed *δεῦ-τε* tantum, similiter compositum atque *δεῦ-ρο.* — De particulae notione pluribus egit Buttmannus, Lexil. II², 231, qui item *δεῦτε* ubique scribi vult. Ac primum quidem

---

1) De γε μέν, quod ionicum est, cf. Krüger, gr. Sprachl. (69, 44).

2) Lectionem εὖτε defendere studet Apoll. Dysc. de adverb. p. 560 Bekk., sed utriusque particulae, ἠΰτε et εὖτε, usum apud Homerum accurate esse distinctum non fugit Buttmannum (Lexil. II², 227). Certum autem ηυ syllabae correptionis exemplum habes in πρευμενής (Aesch.) ex ionica vocabuli forma πρηυμενής.

nihil aliud est nisi particula adhortativa: *Η* 350 *δεῦτ᾽ ἄγετ᾽ Ἀργείην Ἑλένην . . . δώομεν Ἀτρείδῃσιν ἄγειν*, *Θ* 133 *δεῦτε φίλοι τὸν ξεῖνον ἐρώμεθα.* Apoll. Soph. 57, 32 *δεῦτε· ἄγετε δή.* Hes. Op. 2 *δεῦτε Δί᾽ ἐννέπετε σφέτερον πατέρ᾽ ὑμνείουσαι.* Sapph. 60 *δεῦτέ νυν ἅβραι Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι*, 65 *ῥοδοπαχέες ἁγναὶ Χάριτες δεῦτε Διὸς κόραι*, 84 *δεῦρο δεῦτε* (*δηῦτε* l.) *Μοῖσαι χρύσιον λιποῖσαι.* Cf. Anacr. 63, 7 *ἄγε δεῦτε μηκέθ᾽ οὕτω πατάγῳ κἀλαλητῷ Σκυθικὴν πόσιν παρ᾽ οἴνῳ μελετῶμεν*, 91 *διὰ δεῦτε Καρικοεργέος ὀχάνου χεῖρα τιθέμενοι* . . . . Deinde aliam quoque habet vim. Particulae enim eam notionem, post quam ponitur, aut omnino eam rem, quae proponitur, magis praedicat. *Α* 338 Achilles ira vehementer concitatus futuram Graecorum cladem providens: *τὼ δ᾽ αὐτὼ* (praecones) *μάρτυροι ἔστων πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος, εἴ ποτε δεῦτε χρειὼ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι τοῖσ᾽ ἄλλοισ᾽.* *δ᾽ αὖτε* libri: sed quid hoc sibi vult? [3]) *Η* 448 Neptunus in deorum contione Iovem alloquens: *οὐχ ὁράᾳς ὅτι δεῦτε κάρη κομόωντες Ἀχαιοὶ τεῖχος ἐτειχίσσαντο νεῶν ὕπερ*, ... *δ᾽ αὖτε* iterum libri; sed murus num denuo exaedificatus erat a Graecis? Neque oppositio, quam alibi significat *αὖτε*, ulla ibi est. — Archil. 60 *Ἐρξίη, πῇ δεῦτ᾽* (*δηῦτ᾽* A) *ἄνολβος ἀθροΐζεται στρατός;* Sapph. 1, 14 *μειδιάσαισ᾽ ἀθανάτῳ προσώπῳ ἤρε᾽, ὅττι δεῦτε πέπονθα, κὤττι δεῦτε κάλημι . . . τίνα δεῦτε πείθω μαῖς ἄγην ἐς σὰν φιλότατα.* Sed his quoque locis legendum esse videtur: Sapph. 40 *Ἔρος δεῦτε* (*δ᾽ αὖτε* l.) *μ᾽ ὁ λυσιμελὴς δονεῖ γλυκύπικρον ἀμάχανον ὄρπετον*, Alc. 19 *τὸ δεῦτε* (*τόδ᾽ εὖτε* AB) *κῦμα τῷ προτέρῳ νέον* (*τω προτερωνέμω* libri: em. Hermann) *στείχει, παρέξει δ᾽ ἄμμι πόνον πολὺν ἀντλῆν* . . ., Alcm. 36 *Ἔρος με δεῦτε* (*δ᾽ αὖτε* l.) *Κύπριδος ϝέκατι γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει*, quod Buttmann l. c. p. 233 sic vertit: ‘seht doch, wie Eros auf Kypris Geheiß, der süße, mich beträufelnd mir das Herz durchweicht’; Ibyc. 2, 1 *Ἔρως δεῦτέ* (*αὖτε* l.) *με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις τακέρ᾽ ὄμμασι δερκόμενος*, Anacr. 14, 1 *σφαίρῃ δεῦτέ με πορφυρῇ βάλλων χρυσοκόμης Ἔρως νήνι ποικιλοσαμβάλῳ συμπαίζειν προκαλεῖται*, 15 *οὐ δεῦτ᾽ ἔμπεδός εἰμι, οὐδ᾽ ἀστοῖσι προσηνής;* 19, 1 *ἀρθεὶς δεῦτ᾽ ἀπὸ Λευκάδος πέτρης ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ μεθύων ἔρωτι* (ubi Buttmann haec adnotat p. 233: ‘der Dichter drückt also das, womit er seinen Zustand vergleicht, als Wirklichkeit aus’), 47 *μεγάλῳ δεῦτέ μ᾽ Ἔρως ἔκοψεν ὥστε χαλκεὺς πελέκει;* 61, 1 *παρὰ δεῦτε Πυθόμανδρον κατέδυν Ἔρωτα φεύγων;* 63, 5 *ὡς ἀνυβρίστως ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω*, 68 *μνᾶται δεῦτε φαλακρὸς Ἄλεξις* (sic poeta dicit per ludibrium: ‘ecce Alexis calvus uxorem petit’), 89 *ἐρῶ τε δεῦτε κοὐκ ἐρῶ, μαὶ μαίνομαι κοὐ μαίνομαι.* Semel invenitur

---

3) Paraphr. εἴπερ δή ποτε χρεία ἐμοῦ γένηται. Schol. Townl. καλὸν τὸ μὴ ὁπότε· νεμεσητὸν γὰρ ἦν.

apud Hipponactem (78): *Μητροτίμῳ δεῦτέ με χρὴ τῷ σκότῳ δικάζεσθαι*, item apud Pindarum (Athen. XIII 573 f.): *ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ᾽ ἐς ἄλσος φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις ἐπήγαγ᾽ εὐχωλαῖς ἰανθείς*, postremo habet Herodas 4, 11: *ἵλεῳ δεῦτε τοῦ ἀλέκτορος τοῦδ᾽ . . . τἀπίδορπα δέξαισθε.* — In ionico tantum et aeolico sermone vocabulum usitatum fuisse exempla satis docent.

δή.] Post imperativum *ἄγε δή* 63, 1; *ὡς δή* 62, 3; post interrogativum pronomen *τί δή* 75, 1; in re qualis iam sit descriptione 6, 1 *μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηιών* et 24, 1.

εἰ.] Semel exstat in interrogatione: *τὸν μυροποιὸν ἠρόμην Στράττιν εἰ κομήσει* 30.

καί et *τε*, praeter simplicissimum copulae usum, correlativa sunt, *τε — καί* 41, 2; 84, 2; 46 ubi coniunctive stant *τε καί*, item 63,8.

μήν.] Athen. XV 687e: . . . *καὶ ὁ σοφὸς δὲ Ἀνακρέων λέγει που* (9) *τί μὴν πέτεαι συρίγγων κοϊλώτερα στήθεα χρισάμενος μύρῳ᾽; τὰ στήθη παρακελευόμενος μυροῦν.* Sed aut verba depravata sunt aut grammaticus ea non recte interpretatus est. Nam si *μήν* in codice recte traditum est, adhortatio his verbis contineri non potest, id quod Athenaeus vult; atque Casaubonus pro *μὴν μή* scribens haec poetam cum interrogatione dicere vult: ‘cur non advolas, habens illitum unguento pectus, magis cavum quam fistula?’ Confert autem verba *συρίγγων κοϊλώτερα στήθεα* cum iis quae de Bathylli imagine facienda imperantur Anacreont. 16, 30 *μεταμάζιον δὲ ποίει*, quia utrumque idem denotare persuasum habet. Sed falsa figura tum usus esset poeta, quod cavum pectus cum fistula compositum prorsus aliud quid denotat. Haec enim Anacreontis verba nonne indicant pectus medullis vacuum vel potius senectute debilitatum? Poeta hic virum quendam ludibrio habet, qui senectute quidem oppressus tamen amori indulgere non desinit: ‘cur tu tandem volas, habens illitum unguento pectus, magis cavum quam fistula?’ *μήν* igitur quin integre traditum sit mihi non dubium est. Invenitur apud Homerum, sed nondum in interrogatione. Sed me monuit Wilamowitz Athenaei errorem ita esse ortum, ut Anacreontis versus male intruderetur in disputationem, cui Alcaei versus, qui praecedit, conveniebat.

ὡς ἀδοιάστως 95, si fides fragmento, quod non intellegitur, videtur ea ratione dici, qua *ὡς ἀληθῶς, θαυμαστῶς ὡς, ὑπερφυῶς ὡς* apud Platonem sunt. Aliud huius locutionis exemplum ex ionico sermone mihi non notum est.

2. Adiectiva in *-ινος*. De his egit R. Holsten, de Stesichori et Ibyci dialecto et copia verborum, p. 61. Vulgaris autem sermonis propria sunt. Apud Anacreontem haec inveniuntur:

ἐλεφάντινος: *σκιαδίσκην ἐλεφαντίνην* 21, 11. cf. Alc. 33.

λώτινος: *ὑποθυμίδας . . . λωτίνας* 39. Anacreont. 30, 2 *λωτίναις ποίαις*. Cf. Eur. fr. 931 *λωτίνας ἀηδόνας* h. e. *τοὺς αὐλούς*: v. Hes. *ἀηδόνα*.

ξύλινος: 21, 2; legitur quoque Batrach. 116.
ῥόδινος: 83, 2. cf. Stesich. 29.
σκύτινος: 21, 8.
χήλινος (om. Holsten): Poll. VII 172 *χήλινον* (*πήλινον* A[4]): v. Hes. infra) [*δὲ*] *ἄγγος* .... *ὅταν εἴπῃ Ἀνακρέων* (37) *τὸ ἐκ σχοινίων πλέγμα δηλοῖ.* Vocabuli etymologiam habes in glossa Hesychiana *κεχήλωμαι πόδας· δέδεμαι συνερραμένους τοὺς πόδας. χηλεύειν γὰρ τὸ ῥάπτειν, καὶ χήλινον τὸ πλεκτόν, ὡς Ἀνακρέων, καὶ χήλευμα τὸ ὀπήτιον. Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ* (fr. 445) *ἢ Σφυροκόποις.* Cf. *χηλεύει· ῥάπτει, πλέκει. χηλεύσεις· πλέξεις. χηλεύματα γὰρ ἐλέγοντο οἷον ὀπήτια, οἷς πλέκουσιν ἢ ῥάπτουσιν* (cf. Poll. VII 83).

3. Verba derivata.

Apud Anacreontem verba hoc modo derivata inveniuntur:

a) verba in *-ιζω*.

ἀβακίζω.] Et. M. 2, 43 *ἀβακής· .. κέχρηται δὲ αὐτῷ Σαπφώ· οἷον* (fr. 72)· '.. *ἀβακὴν τὰν φρέν' ἔχω' ἀντὶ τοῦ ἡσύχιον καὶ πρᾶον. παρὰ τὸ ἀβακὴς γίνεται .. ἀβακίζω. φησὶν Ἀνακρέων* (fr. 74)· '..... *τῶν ἀβακιζομένων'. ἀντὶ τοῦ τῶν ἡσυχίων καὶ μὴ θορυβωδῶν.* Ita Herodianus. Quod apud Homerum legitur *δ* 249 *ἀβάκησαν* est *ἠγνόησαν.* Cf. Apoll. Soph. 2, 16; Eust. 1494, 59. Verbum *βάζω* ab eadem stirpe esse derivandum Herodianus iam vidit. — Cf. Archil. fr. 33: *κατ' οἶκον ἐστρωφᾶτο δυσμενὴς βάβαξ* (*ὁ λάλος*). Hes. *ἔβαξας· ἐλοιδόρησας.* Hippon. fr. 53: *ἀλλ' αὐτίκ' ἀλλήλοισιν ἐμβαβάξαντες* (*ἀντὶ τοῦ ἐμβοήσαντες*; *ἐμβιβ.* libri: em. Schneider). Vocabulum propter notionis varietatem memorabile. Cf. Hes. *βαβάζειν, βάβακα, βάβαξ* aliaque.

πολεμίζω.] *σινάμωροι πολεμίζουσι θυρωρῷ* 52; legitur apud Homerum.

ῥαπίζω.] *ῥεραπισμένῳ νώτῳ* 166. Cf. Anacreont. 29, 1 *ὑακινθίνῃ με ῥάβδῳ χαλεπῶς Ἔρως ῥαπίζων ἐκέλευσε συντροχάζειν.* — Hippon. 64 *λίσσομαί σε μὴ ῥαπίζεσθαι*, 5 *βάλλοντες ἐν λειμῶνι καὶ ῥαπίζοντες κράδησι καὶ σκίλλησιν*; Xenophan. 18 Karst. *παῦσαι μηδὲ ῥάπιζ'*, Heracl. 119 Byw. *τόν θ' Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι, καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως.* Her. VII 35 Xerxes Hellespontum flagellis verberari iubet: *ἐνετέλλετο δὲ ὦν ῥαπίζοντας λέγειν βάρβαρά τε καὶ ἀτάσθαλα*, VIII 59 *ἐν τοῖσιν ἀγῶσιν οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται.* Vocabulum igitur est inter Iones vulgare. Apud Atticos videtur quarto demum saeculo usurpari, necdum a probatissimis auctoribus. Timocles apud Athen. XIII 570 f. *Dem. 25, 68. *Ῥαπιζομένη* Menandri fuit comoedia (III 123 K). Itaque vituperat Phryn. 175 Lob.: *τὸ ῥάπισμα*

4) Et huius loci aliorumque locorum, quibus Pollux Anacreontis verba reddit, lectionum varietatis notitiam debeo E. Bethio, prof. Rostock., cui pro hac benignitate hic quoque gratias ago maximas.

οὐκ ἐν χρήσει· χρῶ οὖν τῷ κρείττονι· τὸ γὰρ τὴν γνάθον πλατείᾳ τῇ χειρὶ πλῆξαι, ἐπὶ κόρρης πατάξαι Ἀθηναῖοί φασιν.

σαλαΐζω.] Et. M. 707, 50 καὶ σαλαΐζειν Ἀνακρέων (167) ἐπὶ τοῦ θρηνεῖν. σαλεύει γὰρ καὶ ταράττει τὴν διάνοιαν ἡ τοιαύτη ὀδύνη τοῦ θρήνου; quam derivationem a σάλη probo. Hes. σαλαΐζειν· κόπτεσθαι. σαλαισ(μός)· κωκυτός.

ταντατλίζω.] Schol. So. Ant. 134 ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε ταντταλωθείς· ὅτι δὲ ταντταλωθεὶς σημαίνει τὸ διασεισθεὶς μαρτυρεῖ καὶ Ἀνακρέων (78)· '. . μελαμφύλλῳ δάφνῃ χλωρῇ τ' ἐλαίῃ ταντταλίζει'. Sed ex his scholiastae verbis Anacreontei verbi quae vis sit intellegi non potest. Atque Bergk (Anacr. p. 214) intransitive hoc dictum esse recte putat 'suspensum esse, trepidare'. Cf. quoque Hes. ταντταλίζει (ταντταλύζει cod.)· τρέμει. Δωριεῖς. οἱ δὲ σπαίρει. ἐταντάλιζεν· ἔτρεμεν. In initio versus supplevit Bergk ἐν, quod hic minime requiritur; praeferam τῇ, ita, ut dativus comparative positus sit. Poeta enim hominem quendam timidum vel ignavum hic irridere videtur, simili modo, atque nos eum ut populi frondem trepidare dicimus. — In illis poetae cuiusdam comici verbis, quae in proverbii consuetudinem venerunt: Ταντάλου τὰ τάλαντα ταντταλίζεται (IV 660 M.), iocose ad Tantali nomen formatum sic dictum est pro ταλαντίζεται (cf. Suid. s. v. τὰ Ταντάλου).

b) Verbi in -αλιζω derivati hoc unum exemplum exstat:

πυκταλίζω: 62, 4 ὡς δὴ πρὸς Ἔρωτα πυκταλίζω. Orion 62, 31 et Et. M. (cf. flor.) 345, 40 πύκτης, πυκτίζω, πυκταλίζω Ἀνακρέων. Σώφρων (om. Ahr.) πυκταλεύω. Intensivam vim habet: vide quoque, quae de hoc fragmento supra p. 25, 5 dixi. πυκτίζω a grammaticis fictum.

Eadem veterum falsa terminationis explicatio redit in his quoque verbis eodem modo derivatis:

ἐντροπαλίζομαι. Λ 547 (cf. Et. M. 345, 32), Ρ 109, Φ 492 (schol. B), Ζ 496 (Hes. s. v.).

στροφαλίζω: σ 315.

Praeterea haec quoque verba eodem modo formata mihi nota sunt:

ἐγγυαλίζω: Λ 353, Ο 644.

ἁρπαλίζω: Aesch. Sept. 225. Hes. ἁρπαλίζομαι· ἀσμένως δέχομαι.

ταταλίζω: Herodas 1, 60; 6, 77. germ. 'tätscheln' (cf. Buecheler ad 6, 77). Ceterum v. Meister ad 5, 69.

τραγαλίζω. τραγίζειν, quod genuine significat 'hircum referre' (scil. libidine, lascivia imitari), de homine libidinoso dicitur Hippocr. V 300 L.: ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται ἢ τραγίζειν. τραγαλίζω autem, quod semel invenitur Ar. vesp. 674, ibi hominem indicat libandi cupidum, vel secundum scholiastam ἀποτρώγοντα et θηλάζοντα, aut μικρὸν ῥοφοῦντα (haec enim explicatio non ad λαγαρύζω, sed ad τραγαλίζω potius pertinet).

Haec verba sic formata habent vim intensivam velut πυκταλίζω,

ἁρπαλίζω; aut frequentativam velut *ἐντροπαλίζομαι*, *στροφαλίζω*; aut deminutivam velut *ταταλίζω*, *τραγαλίζω*. Atque in substantivis quoque haec derivatio invenitur, cuius formationis -*αδ*- et -*αλιδ*- ab eadem stirpe factae hoc unum tantum exemplum certum proferre possum: *δορκάδες* Herodas 3, 63, *δορκαλῖδες* 3, 19.

c) Verbi in -*άζω* unum tantum invenitur exemplum:

οἰνοποτάζω 94, 1. Iuxta *οἰνοποτέω*, ut *ἀβροτάζειν* et *ἀμβροτεῖν*, *οὐτάζειν* et *οὐτᾶν*, *πειράζειν* et *πειρᾶν*, *ἐρημάζειν* et *ἐρημοῦν*, *ἀκριβάζειν* et *ἀκριβοῦν* (Poll. V 152). Vim habet frequentativam. Apud Homerum quoque cum eadem vi invenitur. *Υ* 83 *Αἰνεία* . ., *ποῦ τοι ἀπειλαί, ἃς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπίσχεο οἰνοποτάζων*;

d) Verbi in -*ιαζω* hoc unum exstat exemplum:

δωριάζω.] schol. Eur. Hec. 933 *αἱ Λακεδαιμόνιαι κόραι διημερεύουσιν ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες ἱματίδιον ἔχουσαι πεπορπημένον ἐφ᾽ ἑκατέρου τῶν ὤμων* . . . . *καὶ τῶν ἐν ταῖς ἀρχαίαις γραφαῖς οὐκ ὀλίγα οὕτως ἔσταλται. καὶ δωριάζειν τὸ γυμνουμένας φαίνεσθαι τὰς γυναῖκας. Ἀνακρέων* (59) '*ἐκδῦσα χιτῶνα δωριάζειν*'. De femina dicit poeta, quae ionica veste deposita doricam induit. Cf. Studniczka, Beiträge z. Gesch. d. griech. Tracht, p. 14. 24. Iam cum Duris Samius, cuius tempore de vestimento verbum etiam in usu erat, primus Anacreontis versus mentionem fecerit, Wilamowitzius (Arist. u. Ath. II 280 adn.) grammaticos rei notitiam ei debere conclusit, quae sententia confirmatur etiam eo, quod ille Samiorum annalium alio loco Asii, Samii poetae, verba reddit (Athen. XII 525 e), quibus Samiorum ad Iunonis templum pompam ducentium vestimentum describitur.

e) A verbo in -*ιαω* originem ducit vocabulum *μυθιητής*. — *φ* 70 Penelope procos alloquitur *οὐδέ τιν᾽ ἄλλην μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην ἐδύνασθε, ἀλλ᾽ ἐμὲ ἱέμενοι γῆμαι θέσθαι τε γυναῖκα.* schol. *μύθου· νῦν τῆς στάσεως· ὅθεν καὶ Ἀνακρέων τοὺς ἐν τῇ Σάμῳ ἁλιεῖς ὄντας στασιαστάς φησιν* (16)· '. . . . *μυθιηταὶ δ᾽ ἀνὰ νῆσον, ὦ Μεγίστη, διέπουσιν ἱρὸν ἄστυ*'[5]). Cf. Eust. 1901, 45 *οἱ παλαιοὶ μῦθον μὲν ἐνταῦθα ἰδίως τὴν στάσιν λέγουσιν.* Etymologicum genuinum (cf. Reitzenstein, ind. lect. Rost. 1891/2, p. 15) haec servavit: *μῦθος· ἡ στάσις· παρ᾽ Ὁμήρῳ ἅπαξ εἴρηται ἐν φ᾽ Ὀδυσσείας, οἷον* '*μύθου ποιήσασθαι ἐπισχεσίην*', *καὶ Ἀνακρέων ἐν τῷ β᾽ τῶν μελῶν μυθητὰς τοὺς στασιαστὰς ἐπὶ τῶν ἁλιέων λέγει καὶ Πανύασσις* '*διχθάδιός ποτε μῦθος· ἄναξ. μετεμέμβλετο λαῶν*' · (*ἄλλα δὲ μετεμέμβετο* cod: em. Reitzenst.). *μυθητής* quidem etymologus vult: sed metrum huic formae contrarium est. Praeterea cf. Apoll. Dysc. B. A. II 524, 5, ubi inter ea vocabula, in

5) Verba in codicibus quin valde corrupta sint nemo dubitabit: tamen sic optime a Blassio ea restituta esse persuasum habeo, qui metrum ionicum esse vidit (Rh. M. XXIX 154). Hoc enim fragmentum ex libro secundo sumptum est, omnia autem alia nobis nota, quae ibidem legi grammatici testes sunt (fr. 41. 52. 60), idem metrum habent.

quibus littera ι inserta esse dicitur, haec quoque duo exempla nominantur: πολιήτης, μυθιήτης. Haec autem grammaticorum explicatio, qui in utroque vocabulo epenthesin factam esse putant, ferri non potest. In πολιήτης (haec est forma ionica: cf. *B* 806, Anacr. fr. 1, 8) terminatio -ήτης cum stirpe πολι- coniuncta est; prorsus autem alia est vocabuli μυθιητής formatio. Quia enim stirps μυθι- non exstat, nihil aliud restat nisi ut per μυθιη- et -της compositum esse sumamus. Atque ut ἀγορη-τής ab ἀγορᾶσθαι derivatum est, sic μυθιη-τής redit ad verbum desiderativum μυθιᾶν, quod nunc non exstat, tamen exstitisse putari potest (de his verbis in -ιαω exeuntibus cf. Buttmann, II² 389). μυθιη-τής igitur scribendum est (de accentu cf. Lobeckium ad Buttmann. l. c. p. 408); eodem modo formatum est ὀπιπητής Herodes 4, 84. Significat igitur hominem verba faciendi, loquendi cupidum, vel rixae deditum et seditiosum, nam μῦθος idem atque στάσις est. Optime explicuit vocabulum Eust. 1901, 45 στασιασταὶ ἐπίρρητοι, ἢ ἄλλως ἐν μύθοις καὶ μόνοις ἔχοντες τὸ σεμνόν, ἢ καὶ ἀγορηταὶ βλαβεροί. Cf. Hes. μυθητῆρες· στασιασταί. — Similem vim habet μῦθος Hes. Op. 263 ταῦτα φυλασσόμενοι, βασιλῆες, ἰθύνετε μύθους, δωροφάγοι, σκολιῶν δὲ δικῶν ἐπὶ πάγχυ λάθεσθε. Pro μύθους optimi quidem codices praebent δίκας, quod propter metrum stare non potest; μύθους potius integrum esse nuper docuit Peppmüller (Philol. 52, 593). μῦθοι hoc igitur loco significat certamen iudiciale vel orationem, qua uterque causam suam apud iudices defendere studet. Poeta iudices admonet, ut causam recte diiudicent (εὐθείας ποιεῖτε τὰς κρίσεις Moschop.). Cum στάσις coniungitur μῦθος Batram. 135 . . . βουλὴν ξύναγον (mures) πολέμοιο κακοῖο. σκεπτομένων δ' αὐτῶν πόθεν ἡ στάσις ἤ τις ὁ μῦθος (sic V recte, ὁ θρύλλος alii: cf. Bergk. adn. ad Anacr. fr. 16). — μυθιητής porro restituendum esse videtur apud Phoen. Coloph. (Athen. XII 530 e), ubi de Nino Assyriorum rege haec narrantur: οὐ μυθιητής (μυθητής A: em. Schweigh.), οὐ δικασπόλος κεῖνος, οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν', οὐκ ἀμιθρῆσαι; ibique dictum est de eo, qui verba facere possit. — Hoc autem vocabulum ionicum vulgari ex oratione quin sumptum sit, dubium esse non potest. Cf. quae de usu horum vocabulorum per -ιᾶν formatorum Lobeck ad Buttmann. l. c. p. 390 addidit.

Haec autem omnia verba derivata, quae apud Anacreontem inveniuntur, vulgaris sermonis speciem nonne prae se ferunt?

4. Verbi per duas praepositiones compositi haec apud Anacreontem exstant exempla:

fr. 1, 6 ἐσκατορᾷς πόλιν, quod hoc tantum loco invenitur; eiusdem compositionis exemplum habemus in ἐσκαταβαίνω, quod legitur ω 222 ὄρχατον ἐσκαταβαίνων (h. e. descendens in hortum) et Stesich. 8, 1 δέπας ἐσκατέβαινεν.

fr. 23 ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι . . . h. e. sursum ascendens

redeo (apud Homerum ἐπέρχομαι et ἀνέρχομαι exstant) [6]). Deinde omnino redire significat. Translata cum vi Herodotus adhibuit II 109 δοκεῖ δέ μοι ἐνθεῦτεν (Aegypto) γεωμετρίη εὑρεθεῖσα ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν (= transire). Ascendendi vim et perveniendi in locum habet Xen. Hell. IV 8, 35 ἐπανελθὼν εἰς τὰ ὄρη.

fr. 58 ἀπὸ δ' ἐξείλετο θεσμὸν μέγαν, magnum thesaurum abstulit a . .; cf. Eur. I. T. 1278 ἀπὸ δὲ λαθοσύναν νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν, detraxit hominibus. Inverso ordine praepositiones leguntur his locis: χ 444 εἰς ὅ κε πασέων ψυχὰς ἐξαφέλησθε (h. e. omnes necetis). Cf. So. El. 1157 ταῦθ' ὁ δυστυχὴς δαίμων . . . ἐξαφείλατο; fr. trag. adesp. 296 ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινὰ τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον, ἐξαφαιρεῖται φρενῶν τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν. Dem. 8, 42 καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐλευθερίαν ἐξαφελέσθαι ἕτοιμοι. Phryn. in B. A. I 93, 14: ἐξαφείλατο, Ἡρόδοτος (?) πρώτῳ.

fr. 75, 6 δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην, h. e. qui ascendit, insidet; ἐπί autem praepositio terminum, quo actio spectat, indicat. Res, quae ascenditur, genitivo additur Eur. Bacch. 782 ἵππων . . . ἐπεμβάτας, Suppl. 585 πάντ' ἄνδρ' ὁπλίτην ἁρμάτων τ' ἐπεμβάτην. Verbum quoque ἐπεμβαίνω cum genitivo coniungitur I 582 οὐδοῦ ἐπεμβεβαώς.

II.

ἁβρός.] Ionicum esse docuit Holsten, l. c. p. 49. 69. Primum invenitur apud Hesiodum (fr. 242 Rz.) de fluvio: ὡς ἀκαλὰ προρέων ὡς ἁβρὴ παρθένος εἶσιν. Anacr. fr. 17 νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν ψάλλω πηκτίδα, et fr. 134. Deinde legitur Anacreont. 41, 3; 42, 5 ἁβρὰ γελῶντες; 41, 8 ἁβροχαίτας κοῦρος.

ἀγανῶς.] fr. 51, 1. ἀγανός est mitis, lenis. *B* 189 τὸν δ' ἀγανοῖσι ἔπεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς. Cf. Apoll. Soph. 7, 30 ἀγανοῖς· ἄγαν αἰνετοῖς, προσηνέσιν. Et. M. 7, 27: ἀγανόφρων, πρᾶος [καὶ] προσηνὴς ταῖς φρεσίν. Pind. P. IV 100 τὸν δὲ θαρσήσας ἀγανοῖσι λόγοις ὧδ' ἀμείφθη; deinde blandus: *I* 499 καὶ μὲν τοὺς (θεοὺς) θυέεσσι καὶ εὐχωλῇσ' ἀγανῇσιν λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι. — Quae vis fuerit vocabuli hoc loco accuratius dici non potest, quia res, quae comparatur, nota non est, etsi ab ea notione, quam habet *B* 189, diversa fuisse mihi non videtur: de puella quadam hisce versibus poetam esse locutum conicere licet ex Hor. carm. I 23, 1. Cf. quae supra p. 25, 3 de hoc fragmento dixi.

ἀήτης.] In fine versus legitur fr. 25: poeta igitur Homerum (et Hesiodum) secutus est, apud quos omnibus locis ibidem tantum invenitur.

αἰνοπαθής.] Semel tantum apud Homerum invenitur in Odyssea

6) Puella haec dicit lintea in fluvio lota referens. Crusius, l. c. p. 2041.

σ 201: *ἥ με μάλ' αἰνοπαθῆ μαλακὸν περὶ κῶμα κάλυψεν*. Cf. Anacr. fr. 36 *αἰνοπαθέα πατρίδ' ἐπόψομαι*.

αἰχμή.] fr. 31 *δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμήν*. Hermann (elem. doctr. metr. 423) componi verba vult cum his Lucilii, quae exstant apud Porph. ad Hor. sat. I 2, 68: ***a levi lacrumas mutone absterget amica*** (sic Hermann), ita ut obscoene dicta sint. Cuius sententiam non sequor. Alio enim loco (fr. 70) poeta dicit *ὀρσόλοπος μὲν Ἄρης φιλεῖ μεναίχμην* (*μὲν αἰχμάν* libri: *μεναίχμαν* Bergk) h. e. *μένοντα ἐν τῇ αἰχμῇ*, in proelio perseverantem, constantem [7]. Similiter dicit Pindarus P. VIII 40 *παρμένοντας αἰχμᾷ*, ubi dativus localem vim habet. Is igitur, qui fr. 94, 2 dicit *πόλεμον δακρυόεντα*, nonne sic quoque locutionem immutare potuit *δακρυόεσσαν . . . αἰχμήν*? Vetustissimum hoc est exemplum translatae illius vocabuli notionis, quod apud Homerum de cuspide hastae aut de hasta tantum in usu est, attamen non formavit poeta hanc locutionem, sed, id quod dubium esse mihi non videtur, certe antiquioris temporis est et carminum epicorum cyclicorum quae dicuntur propria est. De metaphorae usu apud poetas tragicos accuratius egit Wilamowitz ad Eur. Her. 158.

ἁλιπόρφυρος.] V. sub *πορφύρεος*.

ἀμφίπολος . . . κελέβην ἔχουσα (fr. 32). Item apud Homerum feminini tantum generis est et apud Herodotum (II 131, V 92, IX 76) et apud Hippocratem.

ἄμωμος.] Apud Homerum *μῶμος* quidem et *μωμέομαι* exstant et *ἀμώμητος* semel invenitur (*M* 109); pro *ἄμωμος* autem solet dicere *ἀμύμων*, quae forma aeolica est. Primum adhibuit vocabulum Hesiodus Th. 259 *φυήν τ' ἐρατὴ καὶ εἶδος ἄμωμος*, Anacr. fr. 48 *ἁπαλῆς κόμης ἄμωμον ἄνθος*, Aesch. Pers. 185 *δύο γυναῖκε . . . . κάλλει τ' ἀμώμῳ*. In prosa quoque oratione invenitur apud Hes. II 177 *ᾧ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρῶνται ὄντι ἀμώμῳ νόμῳ* (III 82 autem *ἀμώμητος*, h. e. sine reprehensione, culpa).

ἀνήμερος.] *ἥμερος* genuina cum vi dictum de animalibus domitis semel invenitur apud Homerum de ansere *ο* 162, de arboribus cultis apud Herodotum (IV 21, VIII 115; *ἡμέρης ἐλαίης* V 82). Anacreon cum Dianam Magnetibus propitiam sic alloquitur (fr. 1, 7): *οὐ γὰρ ἀνημέρους ποιμαίνεις πολιήτας*, cives, qui in urbe sua certas sedes

---

7) Sic scribendum erit. Quod legitur Paul. Sil. A. P. VI 84, 5 χειρὶ μεναίχμᾳ, utrum ad μεναίχμης an ad μέναιχμος redeat incertum. Nomen Μέναιχμος frequens est. — De metro egit Heph. p. 51 W.: ἔνδοξόν ἐστι καὶ ἐπισύνθετον καὶ τὸ διπενθημιμερὲς τὸ ἐγκωμιολογικὸν καλούμενον, ὅπερ ἐστὶν ἐκ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς καὶ ἰαμβικοῦ τοῦ ἴσου, ᾧ κέχρηται μὲν καὶ Ἀλκαῖος ἐν ᾄσματι, οὗ ἡ ἀρχή (fr. 94)· ἦ ῥ' ἔτι Δινυομένη (Δινυομένη A) τῷ (τῶ A) Τυρρακήῳ τ' ἄρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρσινήῳ (? μυρσίννῳ A ut videtur). κέχρηται δὲ καὶ Ἀνακρέων ἐν πλείοσιν ᾄσμασιν, 'ὀ. μ. Ἄ. φ. μ.' (l. c.). Sed falsa est Hephaestionis distinctio, nam hoc potius esse metrum Alcaei versus docent: – ∪ ∪ – ∪ ∪ – – | – ∪ – –. Apud Anacreontem (fr. 70—74) autem haec tantum forma invenitur: – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ⏓, ut idem metrum esse non constet, quod ionicum potius esse videtur.

habent, opponit bestiis indomitis, quae per silvas vagantur (v. 3). Cf. Wilamowitz ad Eur. Her. 1386. — Hes. ἀνημέρων· ἀγρίων.

ἁπαλός.] Est tener: Τ 285 ἁπαλὴν δειρὴν Briseidos, Σ 123 παρειάων ἁπαλάων, Τ 92 ἁπαλοὶ πόδες, Anacr. fr. 48 ἁπαλῆς κόμης. De Cupidine iuvenili, quem ἁπαλὸν vocat Plato, vide quid dixerit symp. 195 c. Atque idem fere est atque iuvenilis his locis: Sapph. fr. 76 εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἁπαλᾶς Γυρίννως, Anacr. fr. 12 a ἁπαλὴν κάσιν, Eur. I. A. 1285 βρέφος ἁπαλόν. Her. II 92 de fructu recenti τρώγεται δὲ καὶ ἁπαλὰ ταῦτα καὶ αὖα.

ἀστράγαλος, ἀστραγάλη.] Utraque forma in dialecto quidem ionica recentiore invenitur, ubi masculinum ad os, femininum ad talum indicandum adhibetur; haec autem distinctio ab epico sermone aliena est, ibi enim masculinum et vertebram significat (Ξ 466 κ 560 λ 65: cf. quoque Her. III 129 ὁ γὰρ οἱ ἀστράγαλος ἐξεχώρησεν ἐκ τῶν ἄρθρων; et apud Hippocratem saepius legitur) et (uno tantum loco) de ludo usurpatur Ψ 88 ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς. Schol. A: αἱ πλείους τῶν κατ' ἄνδρα 'ἀμφ' ἀστραγάλῃσιν ἐρύσας' (ἐρίσσας coni. Schmidt): καὶ ἔστιν Ἰωνικώτερον· 'ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτός εἰσιν μανίαι τε καὶ κυδοιμοί' Ἀνακρέων (fr. 46) [8]. Femininum quoque legitur Herodas 3, 7; Leon. Tar. A. P. VI 309, 3. — Anacr. fr. 21, 2 de Artemone καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσί; ligneus igitur malleolus nomen habet ab osseo — Masculinum apud Atticos de talo quoque in usu est. Cf. Eust. 1289, 48 τὸ δὲ 'ἀμφ' ἀστραγάλοισιν' Ἀττικῶς ῥηθὲν εὕρηται καὶ γένους θηλυκοῦ. B. A. I 454, 24 ἀστραγάλους δὲ οἱ Ἀττικοί· τὸ γὰρ θηλυκὸν Ἰακόν. Et masculinum quidem apud Atticos saepius occurrit, velut Ar. vesp. 295, Plat. Theaet. 154 c, 155 b (Her. I 94 ἀστραγάλων: ἀστραγαλέων praefert Wilamowitz), sed grammatici, qui masculinum epicae dialecto notum esse negant, errore quin capti sint, dubium non est.

βίος.] fr. 21, 6 Ἀρτέμων κίβδηλον εὑρίσκων βίον. Homerus, apud quem in Odyssea legitur (ο 491, σ 254, τ 127) de vita tantum usurpat, de victu βίοτος. βίος autem sic dicit Hes. Op. 31 ᾧτινι μὴ βίος ἔνδον ἐπηετανὸς κατάκειται ὡραῖος, 42 κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι, cf. 232. 499; praeterea Pindarus (apud quem vitam quoque significat) N. VI 10 βίον ἀνδράσιν ἐπηετανὸν ἐκ πεδίων ἔδοσαν. Aesch. fr. 44 μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον; apud alios quoque poetas et apud Herodotum et Thucydidem saepe de victu frequentatur.

γαλαθηνός.] fr. 51, 2 νεβρὸν . . γαλαθηνόν. δ 336, ρ 127 νεβροὺς . . νεηγενέας γαλαθηνούς. Ceterum cf. Athen. IX 396 c. Simonides bis (fr. 37. 52) de infantibus dicit.

---

8) De Cupidine talis ludente cf. Ap. Rh. III 115 et Roscher, mythol. Lexic. I 1367. Hanc de eo opinionem sexto quoque saeculo iam vulgatam fuisse Anacreontis verba docent. Nam ut pueri talis, sic apud illum ludit furoris actionibus. — Quibuscum cf. ea, quae de Cleobulina Thales dicit apud Plutarchum (sept. sap. conv. 3): τούτοις (αἰνίγμασι) γὰρ ὥσπερ ἀστραγάλοις, ὅταν τύχῃ, παίζουσα χρῆται.

γουνοῦμαι.] Verbum, derivatum ab ionica stirpe *γουνο-*, proprie est ‘in genua procumbere’, vel ‘genua alicuius supplicem amplecti’; apud Homerum autem transitiva tantum cum vi in usu est (et *γουνάζομαι*, quod idem significat), ibique est ‘alqm. implorare’. Neque apud Hesiodum invenitur neque in hymnis. Postea autem his locis exstat: Archil. 75 *κλῦθ᾽ ἄναξ Ἥφαιστε, καί μοι σύμμαχος γουνουμένῳ ἵλαος γένεο*; Anacr. 1, 1 *γουνοῦμαί σ᾽ ἐλαφηβόλε* 2, 6 *ὦναξ . . . . γουνοῦμαί σε*. Uterque igitur poeta Homerum sectatur, praeterea autem, quod apud utrumque legitur in hymnis, qui dicuntur *κλητικοί*, cum fortuitum esse non possit, ea de causa hoc vocabulum, quod utrique ex ipsius sermone notum non erat, illos adhibuisse videmus, ne orationis elatio atque altitudo deessent. Idem est in Meleagri quoque epigrammate A. P. VII 476: *ἀλλά σε γουνοῦμαι, Γᾶ παντρόφε, τὰν πανόδυρτον ἠρέμα σοῖς κόλποις, μᾶτερ, ἐναγκάλισαι.* Hymni sermonem iocose imitatur Lucianus Iupp. Tragod. 1 (Minerva Iovi): *ναὶ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων, γουνοῦμαί σε θεὰ γλαυκῶπις, τριτογένεια, ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ.*

δίζημαι.] fr. 4 *ὦ παῖ παρθένιον βλέπων, δίζημαί σε, σὺ δ᾽ οὐ κλύεις . . .* Ionicum est vocabulum. *δίζησις*, h. e. disquisitio, perscrutatio dixit Parmenides apud Plat. soph. p. 237 a. Semel apud Atticos inveniri videtur: Aesch. Suppl. 784 *φυγάδα μάταισι πολυθρόοις βίαια δίζηνται λαβεῖν.*

εἴλυμα.] fr. 21, 4 *νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος.* Legitur ζ 178 *δὸς δὲ ῥάκος ἀμφιβαλέσθαι, εἴ τι που εἴλυμα σπείρων ἔχες ἐνθάδ᾽ ἰοῦσα.* Hes. *εἴλυμα· ἐνείλυμα. περίβλημα. σκέπασμα.* — Quem locum certe imitatus est Ap. Rh. II 1129 *ὑμέας γουναζόμεθ᾽, αἴ κε πίθησθε, δοῦναι ὅσον τ᾽ εἴλυμα περὶ χροός.*

ἐλαφηβόλος.] Ex sermone epico poeta sumpsit. Cf. Σ 318 *πυκνὰ μάλα στενάχων ὥστε λὶς ἠϋγένειος, ᾧ ῥά θ᾽ ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἁρπάσῃ ἀνὴρ ὕλης ἐκ πυκινῆς*, ubi venatorem omnino denotat. Vide Eust. a. h. l. 1145, 23 *διὰ δὲ τοῦ ἐλαφηβόλου ὡς ἐκ μέρους τὸν ἁπλῶς πάντα τὰ ἄγρια βάλλοντα δηλοῖ.* Perspicua autem est principalis vocabuli vis in epitheto, quo Diana ornatur (Anacr. fr. 1, 1). Atque dea item appellatur cervorum venatrix velut h. Dian. 2, in scolio apud Athen. XV 694 d, So. Tr. 214.

ἐρίβρομος.] Anacr. fr. 11 *ἐρίβρομον Διόνυσον.* Cf. h. Hom. VI 56, XXV 1 *Διόνυσον ἐρίβρομον.* Panyassis apud Athen. II 36 d deum item nominat. Dion. Per. 576 *Βιστονίδες καλέουσιν ἐρίβρομον Εἰραφιώτην* (sc. Bacchum). Ex iis igitur epicis carminibus, quae post Homerum orta sunt, haec locutio sumpta esse videtur; dicitur autem de Baccho, qui magna cum voce Maenadum catervam impellit. Hes. *ἐρίβρομον μεγαλόηχον* [9]). — Translate usurpatur de leonibus Pind. O. XI 21, de terra P. VI 3 *ὀμφαλὸν ἐριβρόμου χθονὸς ἐς*

9) hymn. delph. II B, 3 Διὸς ἐριβρόμου (Homerus ἐριβρεμέτης dixit: cf. N 624). V. Crusius, p. 41.

νάιον προσοιχόμενοι ('ob subterranea tonitrua aquis et ventis excitata' Boeckh), 11 *ὄμβρος . . . ἐριβρόμου νεφέλας στρατὸς ἀμείλιχος*; de furiis Orph. 68, 1 *κλῦτε, θεαὶ πάντιμοι, ἐρίβρομοι, εὐάστειραι.*

εὔκτιτος.] Semel invenitur apud Homerum *B* 592 *ἐὔκτιτον Αἰπύ* (= h. Apoll. 423). Cf. Anacr. fr. 14, 5 *ἀπ' εὐκτίτου Λέσβου*, Dionys. Per. 552 *εὔκτιτος Ἑρμιώνασσα.*

ἦθος.] fr. 44 *χαριτόεν ἔχεις γὰρ ἦθος.* — Haec translata vocabuli vis apud Homerum non invenitur, apud quem de animalium sedibus consuetis dicitur, velut *Z* 511 (= *O* 268) de equo *ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετὰ ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.* Hes. *τοὺς συνήθεις τόπους* (cf. Apoll. Soph. 82, 30), *καὶ διατριβάς.* De stabulis *ξ* 411 *τὰς* (sues) *μὲν ἄρα ἔρξαν κατὰ ἤθεα κοιμηθῆναι.* Vocabuli notionem amplificatam esse vides apud Hesiodum, qui de hominum quoque sedibus utitur: Op. 222 *πόλιν καὶ ἤθεα λαῶν* (sic quoque Herodotus: cf. Stein. II p. 451); ab eodem autem primo etiam translate usurpatum est de moribus: Op. 67 *ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον ἦθος*, Th. 66 *μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ ἀθανάτων κλείουσιν.*

θεσμός.] Et. M. 448, 15 *θέσθαι· τὸ θησαυρίσασθαι ἐν Ὀδυσσείας ν'* (207 *νῦν δ' οὔτ' ἄρ πῃ θέσθαι ἐπίσταμαι*) *καὶ τὸν θησαυρὸν Ἀνακρέων θεσμὸν λέγει* (fr. 58). Cf. Hes. *θεσμούς· . . . . τὰς συνθέσεις τῶν ξύλων*; denotat igitur ea, quae certo loco deponuntur, et *θέσθαι* est 'aliquid deponere, deponendo sibi colligere'.

θρασυκάρδιος.] Vocabulum sermonis epici proprium (cf. *K* 41, *N* 343. Hes. Sc. 448), ex quo poeta sumpsit (fr. 1, 5), nam postea non invenitur.

καλλίκομος.] Epitheton est feminarum (*I* 449, *ο* 58; Pind. P. IX 106, N. X 10) aut dearum (Hes. Th. 915, Op. 75; Stes. 37, 1; Ibyc. 5, 2; Anacr. 69 [10])). Cf. quoque Eur. I. A. 1080 *καλλικόμαν πλόκαμον.*

κάλυξ.] De mulierum ornatu et Homerum et Anacreontem (fr. 150) usos esse dicit Pollux V 96. *Σ* 401 (= h. Ven. 164) *πόρπας τε γναμπτάς θ' ἕλικας κάλυκάς τε καὶ ὅρμους*, h. Ven. 87 *κάλυκας φαεινάς.* Schol. A *κάλυκας· ἐμφερῆ ῥόδοις· οἱ δὲ δακτυλίους· οἱ δὲ ἐνώτια· οἱ δὲ χρυσᾶς σύριγγας τοὺς πλοκάμους περιεχούσας φασίν, οἳ 'χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο'* (*P* 52). Veteres igitur qualis fuerit ornatus valde inter se discrepant. Cf. Helbig, hom. Epos [2], p. 282.

κοιμᾶ.] fr. 79 *κοίμησον δ' . . . Σόλοικον φθόγγον.* Haec translata vocabuli vis apud Homerum quoque exstat: *M* 281 *κοιμήσας δ' ἀνέμους*, *Π* 524 *κοίμησον δ' ὀδύνας*, *μ* 169 *κοίμησε δὲ κύματα δαίμων.*

κωμάζω.] Utrumque vocabulum, *κῶμος* et *κωμάζω*, apud Home-

---

10) *καλλίκομοι κοῦραι Διὸς ὠρχήσαντ' ἐλαφρῶς.* Metrum esse hexapodiam dactylicam catalecticam non recte iudicavit Rossbach (Metrik III 2^3, 89). Sic potius distinguendum esse videtur: — ∪ ∪ — — | — ∪ ∪ — — | — ∪ — —: 2 adon. + tr.

rum non legitur. Substantivum primum invenitur h. Merc. 481 *εὔκηλος φέρειν (κίθαριν) εἰς δαῖτα θάλειαν καὶ χορὸν καὶ ἐς φιλοκυδέα κῶμον, εὐφροσύνην νυκτός τε καὶ ἤματος*, ubi de turba iuvenum noctivaga dicitur; verbo autem *κωμάζειν* primus utitur Hesiodus Sc. 281 *ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ, τοί γε μὲν αὖ γελόωντες ὑπ' αὐλητῆρι ἕκαστος πρόσθ' ἔκιον.* Cf. Theogn. 1065 *ἐν δ' ἥβῃ . . . ἔστι κωμάζοντα μετ' αὐλητῆρος ἀείδειν.* Utroque loco turbae commissatio significatur, quae post epulas vagatur cantans. Absolute ut duobus his locis semel cum eadem vi ponitur etiam apud Anacreontem. Cf. schol. Townl. *Τ* 21 *μῆτερ ἐμή, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν οἷ' ἐπιεικὲς ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι· ἐν ἑαυτῷ τὸ πρᾶγμα τὴν ὑπερβολὴν ἔχον ὑπεροχὴν οὐκ ἐπιδέχεται μείζονα· καὶ Ἀνακρέων* (fr. 131)· *'κωμάζει δ' ὡς Δεόνυσος'* (*ὡς ἂν δεῖ Διόνυσος* cod.: emend. Wilamowitz et Maass), *αὐτὸν αὑτῷ συγκρίνας*: bacchari igitur ibi est. Deinde dicitur de amatore puellam adeunte vel carmen ante eius fores decantante: Alc. fr. 56 *δέξαι με κωμάζοντα, δέξαι, λίσσομαί σε, λίσσομαι.* Hunc verbi usum apud Anacreontem amplificatum esse vides ita, ut cum dativo coniunctum ibi legatur fr. 17, 3 *ψάλλω πηκτίδα τῇ φίλῃ κωμάζων † παιδὶ ἁβρῇ*, quo is, qui carmine celebratur, indicatur. Eadem est verbi vis cum dativo coniuncti, ut unum tantum exemplum afferam, Pind. I. VII 20 *κώμαζ' ἔπειτεν ἁδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ καὶ Στρεψιάδᾳ.* Apud Anacreontem item atque apud Alcaeum de carmine ante puellae amatae fores cantato cogitandum esse constat, quia psalterio in commissationibus uti solebant Iones asiatici. De quo v. infra s. *μαγάδις.* Imagines catervae noctivagae in vasculis atticis inde a Pisistratidarum tempore exstant (cf. E. Meyer, Gesch. d. Altert. II p. 785).

λύγος.] Apud Homerum dicitur de vimine, de ramo saligneo: cf. *Λ* 105, *ι* 427, *κ* 166. De vimine autem, cuius apud Anacreontem mentio fit, quo crines religabant, pluribus locutus est Athen. XV 671 f. Et grammatici quidem aliique hac in re versati sunt. *Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικώτατος, . . ἐξηγούμενος τὸ χωρίον* (nostri scilicet poetae verba fr. 41) *ἔφη, ὅτι καὶ λύγοις ἐστεφανοῦντο οἱ ἀρχαῖοι. Τέναρος δὲ ἀγροίκων εἶναι λέγει στεφάνωμα τὴν λύγον. . . . . . ἐγὼ δ' ἐντυχὼν τῷ Μηνοδότου τοῦ Σαμίου συγγράμματι, ὅπερ ἐπιγράφεται Τῶν κατὰ τὴν Σάμον ἐνδόξων ἀναγραφή, εὗρον τὸ ζητούμενον.* In quo narravit apud Cares, qui insulae primi erant incolae, morem esse inductum, ut vitice caput coronarent, et Nicaeneti quoque Samii poetae versus reddit, in quibus *λύγος ἀρχαῖον Καρῶν στέφος* nominatur[11]. Peculiarem autem librum scripsit Hephaestion

11) Eadem in insula Bacchus colebatur sub nomine Ἐλυγεύς (cf. Hes. s. v.), h. e. Διόνυσος ἐν λύγῳ, λυγίνῳ στεφάνῳ coronatus. Non recte Maass (Herm. XXVI 187, adn. 3) eum nominat Bacchum ‚im Weidengebüsch', qui eum cum Diana apud Lacedaemonios Λυγοδέσμα appellata (Paus. III 16, 11) confert.

περὶ τοῦ παρ' Ἀνακρέοντι λυγίνου στεφάνου. Megistes igitur ille, quem poeta nominat, Samius fuit atque idem est, quem fr. 16 alloquitur (nomen ibi Bergk restituit). In insula a Lelegibus et Nymphis Iunonis templum esse conditum Athen. p. 672 a dicit, qua cum narratione Bergk (p. 169) et Kaibel glossam[12]) Hesychii recte coniunxerunt *ἄστυ Νυμφέων· τὴν Σάμον, Ἀνακρέων, ἐπεὶ ὕστερον εὔυδρος ἐγένετο*. Errore igitur grammatici Samus Nympharum urbs falso nominata est.

μείς.] Haec distinctio, secundum quam prima cuiusque mensis tertia pars nominatur *μὴν ἱστάμενος*, ultima autem *φθίνων*, apud Homerum in Odyssea tantum invenitur: τ 306 (cf. ξ 162): *τοῦδ' αὐτοῦ λυκάβαντος ἐλεύσεται ἐνθάδ' Ὀδυσσεύς, τοῦ μὲν φθίνοντος μηνός, τοῦ δ' ἱσταμένοιο*. Hunc usum abesse a genuina illius locutionis vi docent haec exempla: *T* 117 de Eurysthei matre *ἡ δ' ἐκύει φίλον υἱόν, ὁ δ' ἕβδομος ἑστήκει μείς·* h. e. eius praegnationis septimus mensis iam aderat, κ 469 *ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐνιαυτὸς ἔην, περὶ δ' ἔτραπον ὧραι μηνῶν φθινόντων, περὶ δ' ἤματα μακρὰ τελέσθη*. V. 470 spurius non est, quod Nauckius vult, nam hi duo versus repetuntur Hes. Th. 58, ubi *ἤματα πόλλ' ἐτελέσθη* tantum immutatum est; *μηνῶν φθινόντων* autem est: dum (singuli) menses praeteribant. Anacreon, cum dicit fr. 6 *μεὶς μὲν δὴ Ποσιδηϊὼν ἕστηκεν*, genuinam notionem retinuit, nam *ἕστηκεν* ibi denotat ‚adest'.

μελετῶ, h. e. alcs. rei curam habere, apud Homerum non invenitur, sed apud Hesiodum: Opp. 316 *μελετᾷς βίου*, 443 *ἔργου μελετῶν*. Cum accusativo coniunctum primum legitur h. Merc. 557 *μαντείης ἀπάνευθε διδάσκαλοι, ἣν ἐπὶ βουσὶν παῖς ἔτ' ἐὼν μελέτησα*. Haec structura, quae a genuina verbi notione discedit (idem enim est atque *ἐπιμελεῖσθαι*), redit quoque apud Anacreontem (fr. 63, 9): *μηκέθ' οὕτω . . . Σκυθικὴν πόσιν παρ' οἴνῳ μελετῶμεν* (= exercere), et apud Herodotum (III 11, VI 105).

ξανθός.] Diana ut fr. 1, 2 *ξανθὴ παῖ Διός*, fr. 21 a *ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ*. Cf. Eust. 432, 27 *ἔπαινος δὲ κόμης παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ξανθόν*. — Ceterum cf. Wilamowitz. ad Eur. Her. 362.

παίζω, συμπαίζω.] *παίζω* derivatum a stirpe *παιδ-* origine sua est: puerorum modo agere, se gerere; ita ludendi vim accipit variaque ludi vel ioci genera significat. Ludendi, iocandi vim habet velut his locis: ζ 106 *τῇ* (Dianae) *δέ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο, ἀγρονόμοι παίζουσι* (apud Homerum in Odyssea tantum invenitur), h. Cer. 5 *παίζουσιν* (Proserpinam) *κούρῃσι σὺν Ὠκεανοῦ βαθυκόλποις*, 426 *ἂν ἱμερτὸν λειμῶνα . . . . . παίζομεν ἠδ' ἄνθεα δρέπομεν χείρεσσ' ἐρόεντα*. Anacr. fr. 2 *ὦναξ* (Bacche), *ᾧ δαμάλης Ἔρως καὶ Νύμφαι κυανώπιδες πορφυρῇ τ' Ἀφροδίτη*[13]) *συμπαί-*

12) Quam Bergk non recte verbis, quibus poeta Megisten alloquitur, inseruit (cf. quoque Rh. M. XXIX 154).

13) De Venere cum Baccho coniuncta cf. Roscher, myth. Lex. I, p. 1065.

ζουσιν. Cf. So. O. C. 1106 ὁ Βακχεῖος θεὸς ναίων ἐπ᾽ ἄκρων ὀρέων σ᾽ εὕρημα δέξατ᾽ ἐκ τοῦ Νυμφᾶν Ἑλικωνίδων, αἷς πλεῖστα συμπαίζει. Ar. av. 1097 χειμάζω δ᾽ ἐν κοίλοις ἄντροις Νύμφαις οὐρείαις ξυμπαίζων; de puella lasciva libere et indomite exsultanti, quam equam fingit, Anacreon dicit fr. 75, 5 νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκεαι κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις; de piscibus ἐν Τιτανομαχίᾳ (cf. Athen. VII 277 d): ἰχθύες νήχοντες παίζουσι δι᾽ ὕδατος ἀμβροσίοιο. Item pila ludere est: ζ 100 σφαίρῃ ἔπαιζον Nausicaa et comites (cf. η 291, ubi verbum tantum positum est). Anacr. fr. 14 σφαίρῃ . . με . . βάλλων . . . Ἔρως νήνι ποικιλοσαμβάλῳ συμπαίζειν προκαλεῖται. Porro de saltatione quoque cum cantu coniuncta usurpatur: ψ 147 ἐν δέ σφισιν ἵμερον ὦρσεν (ἀοιδός) μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο. τοῖσιν δὲ μέγα δῶμα περιστεναχίζετο ποσσὶν ἀνδρῶν παιζόντων καλλιζώνων τε γυναικῶν (cf. θ 251). Hes. Sc. 277 τῇσιν δὲ χοροὶ παίζοντες ἕποντο (282) De saltatione omnino dicitur h. Ven. 119 πολλαὶ δὲ νύμφαι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι παίζομεν, atque in vetustissimo illo Attico titulo saeculo sexto antiquiore (v. Kirchhoff. in Mitt. ath. VI 106), ubi haec leguntur (CIA IV 492 a): Hὸς νῦν ὀρχηστῶν πάντων ἀταλώτατα παίζει. Saltatio armatorum est Pind. O. XIII 86 ἀναβὰς δ᾽ εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν. Denique κιθαρίζειν quoque est: h. Ap. 201 αὐτὰρ ὁ Φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει . . . . 206 Latona et Iuppiter gaudentes vident υἷα φίλον παίζοντα μετ᾽ ἀθανάτοισι θεοῖσιν. Cantum, sed non item sollemnem, denotat Pind. O. I 14, ubi de Hierone poeta dicit: ἀγλαΐζεται δὲ καὶ μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ, οἷα παίζομεν φίλαν ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ τράπεζαν, nam carmina intellegit convivalia. Cum eadem vi legitur apud Ionem, Athen. X 447 f πίνειν καὶ παίζειν, XI 463 b πίνωμεν, παίζωμεν, ἴτω διὰ νυκτὸς ἀοιδή. Atque ut carmen est, quod convivae laetitiae et alacritati indulgentes concinunt, sic παίγνιον de tali quoque dici potest, quod iocosas sententias continet. — Et apud rhetores propria cum vi adhibetur παίζειν, ubi dicitur de orationis argumento, quod, cum gravitas ei non tribuatur, sine figurarum ornamentis et sententiarum splendore tractatur, de quo cum singulari contentione (h. e. σπουδαίως) non agitur (cf. Maass. Herm. XXII 575). Plat. Gorg. 481 b σπουδάζει ταῦτα Σωκράτης ἢ παίζει;

πυθμήν, quod in epico sermone de arboris stirpe dicitur (πυθμέν᾽ ἐλαίης ν 122. 372, ψ 204; ἐνὶ πυθμένι φηγοῦ Hes fr. 156 Rz.), legitur in his Anacreontis verbis, quae mendose servata habet Pollux (VII 172): ‛χήλινον᾽ δὲ ‛ἄγγος (ἄγγελος B) ἔχον πυθμένας ἀγγελοσελίνων (sic A, ἀγγοσειλίνων SF, ἐλείων C, ἐλεῖαιν B)᾽, ὅταν εἴπῃ Ἀνακρέων (fr. 37), τὸ ἐκ σχοινίων πλέγμα δηλοῖ. Atque hoc quidem constat desiderari vocabulum quoddam genetivo a πυθμένας pendenti positum. Duplicem autem habemus codicum memoriam: ἄγγελος, quod pro ἄγγος in codice B praebetur, cum ultimo Anacreontei fragmenti verbo coniunctum legitur in A (contractum in S et F), nihil aliud est nisi vocabuli ἀγγεῖον forma corrupte tradita, ad vocem ἄγγος poetici ser-

monis propriam explicandam a librario in margine adposita, postea autem huc vel illuc in contextum falso illata. Scribendum igitur est: χήλινον ἄγγος ἔχον πυθμένας σελίνων, h. e. vas textile habens caules apiorum. De χήλινος v. supra. Metrum: –⏑⏑–⏑⏑–|–⏑–⏑––.

ῥέγος.] Et. M. 703, 28: ῥῆγος· τὸ πορφυροῦν περιβόλαιον· ῥέξαι γὰρ τὸ βάψαι καὶ οἷον μεταποιῆσαι· ὅτι δὲ ῥαγεῖς ἔλεγον τοὺς βαφεῖς καὶ ῥέγος τὸ βάμμα σαφὲς Ἀνακρέων ποιεῖ. ʽἁλιπόρφυρον ῥέγος' (fr. 138), καὶ παρ' Ἰβύκῳ ʽποικίλα ῥέγματα' (10 b). Cf. Hes. ῥέγος· . . βάμμα. ῥέγματα· τὰ βάμματα. Cf. Phot. (= Suid.) ῥέξαι· . . . παρ' Ἐπιχάρμῳ τὸ β[λ]άψαι. Hes. χρυσοραγές· χρυσοβαφές. — Praeter stirpem ῥεγ- alia quoque exstat ῥηγ-. ῥῆγος semper Homerus. Cf. schol. γ 349 ῥήγεα· οὐχ ἁπλῶς τὰ ἱμάτια, ἀλλὰ τὰ βαπτὰ ἱμάτια καὶ περιβόλαια. ῥῆξαι γὰρ οἱ παλαιοὶ ἔλεγον τὸ βάψαι. Cf. quoque schol. A I 661.

σφηκόω.] Semel legitur apud Homerum P 52 αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Schol. Townl. verbum recte sic explicat παρειμέναι ἄνωθεν περιεδέδεντο. Translate igitur poeta eo utitur, nam genuina eius notio est: ʽconstringendo vespae in formam redigere' (cf. nostrum ʽWespentaille'); itaque significat ʽarte constringere' aut velut hic omnino ʽconectere'. Anacreon Artemonem ludibrio vexans cum dicit fr. 21, 1 πρὶν μὲν ἔχων βερβέριον, καλύμματ' ἐσφηκωμένα, his verbis appositione additis, velamentum aliquod capitis indicat, quo arte constricto caput eius tegitur. Tale quid esse docet ordo quoque rerum, quem poeta in descriptione sequitur. Transit enim hinc ad aures, deinde ad obsoleti clipei tegumentum, quo pro ilium velamento Artemo utatur. Sed βερβέριον quam speciem habuerit, accuratius dici non potest[14]). Deinde cf. B. A. I 114, 6 σφηκῶσαι· τὸ δῆσαι. Φρύνιχος Φοινίσσαις (fr. 12). Nic. Ther. 289 δειρὴν δ' ἐσφήκωται ἅλις (schol. συνῆπται, ἔσφιγκται, πέπλεκται). Genuinam verbi vim habes Ar. vesp. 1071 εἴ τις ὑμῶν, ὦ θεαταί, τὴν ἐμὴν ἰδὼν φύσιν εἶτα θαυμάζει μ' ὁρῶν μέσον διεσφηκωμένον, ἥτις ἡμῶν ἐστιν ἡ 'πίνοια τῆς ἐγκεντρίδος, ubi ʽvespae faciem habere' est. — Verbum σφηκόω pendet a voce σφηκός. Phot. (= Et. M. 385, 1) ἐσφηκωμένον· ἐσφιγμένον. ἀπὸ τῶν σφηκῶν, οἳ κατὰ τὸ μέσον εἰσὶν ἐσφιγμένοι· ἔνθεν καὶ ὁ σφήν· Σοφοκλῆς Αἰθίοψι (deest fabulae nomen in Etym.) τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει (fr. 26: nil hic mutare debebant Naber et Nauck)· τετράπτεροι γὰρ νῶτον ἐν δεσμώσασιν σφηκοὶ κελαινόρινες. Quibuscum cf. Hesychii glossam σφηκοί· οὐ κεχυμένοι τῇ σαρκώσει, ἀλλὰ συνεσφιγμένοι. ἔνιοι δὲ ῥωμαλέους. Ibid. σφηκὸς λόφου· τὸ ἄκρον τοῦ λόφου, τὸ ἐπὶ τῶν ὤτων ἀποκρεμάμενον τοῦ λόφου, τῆς περικεφαλαίας τὸ συνεσφιγμένον. Verba integra sunt, σφηκός substantivum est eiusdem

---

14) Potestne cohaerere cum vocabulo βέρβερι, quo Indi concham quandam appellare solebant? Cf. Androsthen. apud Athen. III 93 b.

notionis atque σφήκωμα. Sophocl. (= fr. 317) apud Schol. Ap. Rh. III 1372 καὶ κάρτα φρίξας εὐλόφῳ σφηκώματι χαλκήλάτοις ὅπλοισι μητρὸς ἐξέδυ. Quid sit explicat schol. Ar. pac. 1216 τὸ σφήκωμ᾽ ἔχει πόνον πολύν· τόπος τῆς περικεφαλαίας, ὅπου τὰ πτερὰ δέδεται. Singularis haec est substantivi notio, nam denotat quoque τὸ πλέγμα, οἷον ὅτι ἐπιμελῶς τοῖς ἱμᾶσιν ἐνδέδεται (ibid.). Cf. Hes. σφήκωμα· πύκνωμα. καὶ ὁ δεσμός. — σφηκώδης. Ar. Plut. 561 Paupertas de se ipsa dicit: παρ᾽ ἐμοὶ δ᾽ ἰσχνοὶ καὶ σφηκώδεις καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἀνιαροί, qui corpore teretes sunt. Cf. Phot. s. v.

χρυσοκόμης.] Deorum est epitheton ornans, velut Bacchi (Hes. Th. 947), Cupidinis (Anacr. fr. 14, 2; Eur. I. A. 548), Zephyri (Alc. fr. 13 b), Apollinis (Pind. O. VI 41, VII 32; Scol. apud Athen. XV 694 d, Eur. I. T 1236, Ar. av. 217), Hymenaei (Philipp. Anth. Pl. IV 177).

III.

ἀγαθός.] fr. 121 de mensis dicitur κατηρεφεῖς παντοίων ἀγαθῶν. Hanc notionem apud Homerum nondum habet. Cf. Solon apud Arist. Ἀθ. πολ. 5, 3 ὑμεῖς δ᾽ ἡσυχάσαντες ἐνὶ φρεσὶ καρτερὸν ἦτορ, οἳ πολλῶν ἀγαθῶν ἐς κόρον ἠλάσατε, ἐν μετρίοισι τρέφεσθε μέγαν νόον. Ar. vesp. 1304 εὐθὺς γὰρ ὡς ἐνέπλητο (Philocleon) πολλῶν κἀγαθῶν.

ἄγριος.] Derivatum ab ἀγρός, principaliter de iis rebus dicitur, quae velut plantae vel arbores incultae crescunt, vel de bestiis feris et de animalibus indomitis, translate quoque ad pugnae acritatem vel morum asperitatem indicandam adhibetur. Apud Homerum quidem invenitur ἄγριος πόλεμος (*P* 737), μῶλος (*P* 397), χόλος (*Δ* 23), ἄγριον μένος (*X* 313: cf. ἀ. ὀργή Phocyl. 57), sed nondum de ventis aut de mari tempestatibus turbato dicitur. Anacr. fr. 6 ἄγριοι χειμῶνες. Cf. Aesch. Prom. 1045 ἀγρίων ἀνέμων, Suppl. 35 βροντῇ στεροπῇ τ᾽ ὀμβροφόροισίν τ᾽ ἀνέμοις ἀγρίας ἁλός, Eur. Androm. 748 χείματος ἀγρίου, Her. 851 θάλασσαν ἀγρίαν ἐξημερώσας. — De fr. 1, 2 supra iam dixi.

ἀδοιάστως.] δοιή (= dubium) Homerus habet (*I* 230), et δοάσσατο (= ἔδοξεν), quod a δοιός derivandum esse Buttmann non recte negat (Lexil. II² 101). Anacr. fr. 95 οὐδέ τί τοι πρὸς θυμόν, ὅμως γε μὲν ὡς ἀδοιάστως, apud quem activam habet notionem, h. e. ‘neque quidquam tibi ex voluntate est, tamen quam libenter’. Similiter ἐνδοιαστῶς active invenitur apud Her. VII 174 Θεσσαλοὶ δὲ ἐρημωθέντες συμμάχων οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως οὐδ᾽ ἔτι ἐνδοιαστῶς, passiva autem cum vi adhibetur ἐνδοιαστός apud Hippocr. Prorrh. II (IX 40 L.): εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῶν νεύρων ὅπως ἔχοι, et ἐνδοιαστῶς apud Thuc. VIII 87 ἐπεί, εἴ γε ἐβουλήθη, διαπολεμῆσαι (ἂν) ἐπιφανεὶς (Tissaphernes) δήπου οὐκ ἐνδοιαστῶς, apud quem ionicum est.

ἀργαλέος.] Derivatum est ab ἄλγος, ut γηραλέος a γῆρας. Vario modo hoc vocabulo Homerus usus est, apud quem idem significat atque χαλεπός, quod similiter quoque transfertur. — Ab usu epico vocabuli structura apud Anacreontem diversa est; praedicatur nomen: fr. 43, 5 ἀργαλῆ δ᾽ ἐς αὐτὸν (sc. Τάρταρον) κάθοδος (sc. ἐστίν).

ἀργύρεος.] fr. 33 οὐδ᾽ ἀργυρῆ κω τότ᾽ (κότ᾽ libri: em. Bergk) ἔλαμπε πειθώ, h. e. neque ullo modo tum (= antea) fulgebat suada argentea, i. e. nondum donis persuadebant pueris, ut amatoribus amorem venderent. Hoc esse intellegendum apparet: cf. enim, quod qui fragmentum servavit dicit scholiasta Pind. I. II 7 οὐδ᾽ ἐπέρναντο γλυκεῖαι μελιφθόγγου ποτὶ Τερψιχόρας ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφωνοι ἀοιδαί. ἀργύρεος cum eadem vi redit in proverbiis. Cf. velut Corp. paroemiogr. I 209: ἀργυραῖς λόγχαις μάχου, καὶ πάντων κρατήσεις· ἀντὶ τοῦ, διὰ χρυσοῦ πάντας νικήσεις; II 305: ἀργυρέα λιμός· ἐπὶ τῶν ἐν σιτοδείᾳ καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων πολὺ ἀργύριον κερδαινόντων; I 212: ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσιν· ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων μέν, δι᾽ ὑπερβολὴν δὲ πλούτου παρρησιαζομένων. Locutio cotidiani sermonis propria.

ἀστεμφής.] Vocabulum genuine id significat, quod loco suo moveri non potest. Imprimis epici sermonis proprium est. Γ 218 σκῆπτρον δ᾽ οὔτ᾽ ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα, ἀλλ᾽ ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, δ 419 ὑμεῖς δ᾽ ἀστεμφέως ἐχέμεν μᾶλλόν τε πιέζειν. Hes. Th. 748. 812. Daemonem Ἀστεμφῆ fingit Empedocles apud Cornut. theol. 17 (= 397 Stein): Κινώ τ᾽ Ἀστεμφής τε. — Translate utitur vocabulo Homerus, consilium bonum sic vocans ἀστεμφῆ: *B* 344 Ἀτρείδη, σὺ δ᾽ ἔθ᾽ ὡς πρὶν ἔχων ἀστευφέα βουλήν. Anacreon, cum hominem quendam sibi carum sic alloquitur (fr. 7): σὺ γὰρ ἦς ἔμοιγ᾽ ἀστεμφής, stabilem et fidum erga se eum fuisse dicere vult.

αὔτως.] Cf. Buttmann, Lexil. I², 39. — Anacreon autem αὔτως cum dativo coniunxit fr. 21, 12 γυναιξὶν αὔτως, ut apud alios in ὁμοίως, ὡσαύτως, ταὐτά fit. Aliud talis locutionis exemplum mihi non notum est.

γαμοῦμαι.] Ammon. p. 37 Valck.: Ἀνακρέων διασύρων τινὰ ἐπὶ θηλύτητι (fr. 86)· ʽκαὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ᾽ ἐγήματο᾽. Hominem igitur irridet muliebria patientem. Eadem cum vi verbo usus esse videtur etiam Antiphanes comicus: B. A. I 86, 14 Ἀντιφάνης Ἀσώτοις ἐγημάμην, ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα.

γλυκερός.] γλυκεροῦ . . . βιότου fr. 43, 3. Haec locutio apud Homerum nondum exstat, sed habet γλυκὺς αἰών (ε 152). Pind. P. IV 32 νόστου γλυκεροῦ, IX 12 γλυκεραῖς εὐναῖς. Cf. fr. 124. 152. Semel invenitur apud Eur. Med. 1099 τέκνων γλυκερὸν βλάστημ᾽, bis apud Aristophanem: Lys. 970 (cho.) μὰ Δί᾽ ἀλλὰ φίλη καὶ παγγλυκερά. — (cho.) ποία γλυκερά; μιαρὰ μιαρά. Thesm. 1192 (τοξότ.) ὡς γλυκερὸ τὸ γλῶσσ᾽. Apud poetas igitur tantum in usu est; ionicum esse Wilamowitz persuasum habet.

δεξιός.] Apud Homerum nondum transfertur. Anacr. fr. 75, 6 *δεξιὸν ἱπποπείρην*, Pind. N. III 8 *ἀοιδὰν . . ., στεφάνων ἀρετᾶν τε δεξιωτάταν ὀπαδόν*, Her. I 60 *ἔθνος δεξιώτερον* et saepissime apud Atticos; poetae autem tragici cum tali notione vocabulo usi non sunt.

δέσποινα.] *Φ* 470 Diana vocatur *πότνια θηρῶν*, schol. Townl. *δεσπότις. μεταβαλὼν οὖν φησιν Ἀνακρέων ʽδέσποιν᾽ Ἄρτεμι θηρῶν᾽* (1, 3)[15]. Cf. Eust. 1247, 8. *δέσποινα* enim apud Homerum — in Odyssea tantum adhibetur — heram, dominam significat servis oppositam: Anacreon igitur pro *πότνια* dicit de Diana, quae bestias domat. Deae numen sic exercentis imagines satis multae exstant in vetustissima Graecorum arte: v. Studniczka, Kyrene 153.

ἑορτή.] Unius tantum diei festi apud Homerum duobus his Odysseae locis mentio fit: *υ* 156 et *φ* 258 *νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο ἁγνή*, Apollinis numini sacri (v. 267), quem novissima quaque luna celebratum esse schol. *υ* 156 dicit, qui Philochori auctoritate nititur[16]. Anacr. fr. 54 *ἐπὶ δ᾽ ὀφρύσιν σελίνων στεφανίσκους θέμενοι θάλειαν ἑορτὴν*[17]) *ἀγάγωμεν Διονύσῳ*. Quae verba duabus de causis memorabilia sunt. Hic enim diem fastorum ordine constitutum intellegendum non esse Wilamowitz me monet: dies igitur est, qui poetae aliisque ideo ut festus celebrandus esse videtur, quod illo coronati potioni dediti sunt. Item *ἑορτή* de die festo certo spatio non redeunti dicitur in his Alcmanis verbis (fr. 34) *πολλάκι δ᾽ ἐν κορυφαῖς ὀρέων, ὅκα θεοῖσιν ἅδῃ πολύφανος ἑορτά, χρύσεον ἄγγος ἔχοισα μέγαν σκύφον, οἷά τε ποιμένες ἄνδρες ἔχοισιν, χερσὶ λεόντειον ἐν γάλα θεῖσα* (*ἐπαλαθεισα* A: em. Hermann) *τυρὸν ἐτύρησας μέγαν ἄτρυφον ἀργειοφόνται.* Poeta enim quia dicit ʽquotienscumque divis placet multivoca sollemnitas᾽, non pompa esse potest in montem instituta, ubi a virgine vel muliere sacra accinente choro caseus premitur Dianae et Nymphis consecrandus (quod Welcker voluit: cf. Rh. M. X 262), sed *χρύσεον ἄγγος* et *λεόντειον γάλα*, quae hic commemorantur, certissime indicant poetam describere convivium quoddam sollemne a deis in montium cacuminibus habitum, in quo dea quaedam

---

15) δέσποινα γυναικῶν dea nominatur A. P. VI 269 [* Sapph.]. Cf. scol. apud Athen. XV 694 d Ἄρτεμιν, ἃ γυναικῶν μέγ᾽ ἔχει κράτος. Ov. Met. IX 315 diva potens uteri. Cf. Maass, de Aeschyli Supplicibus, p. XXIII adn. 3.

16) Cf. Hes. Op., ubi singulis cuiusque mensis diebus quid faciendum sit praescribitur et sacri eius dies enumerantur, v. 770 πρῶτον ἕνη τετράς τε καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ, τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. . . . Ad eundem Philochori librum redit, quod Proclus ibi adnotat: Φιλόχορος δὲ ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν Ἡλίου καὶ Ἀπόλλωνος λέγει αὐτήν· ἡ δ᾽ Ἡρακλέους καὶ Ἑρμοῦ ἐστιν· ἡ δὲ ἑβδόμη ἱερὰ Ἀπόλλωνος. . . . Ex eodem fonte derivatum esse certum est, quod servavit schol. Ar. Plut. 1126 (quod v. infra).

17) Θάλεια a δαίς, quocum apud Homerum coniungitur, ad ἑορτή translatum: cf. Eust. 1908, 58.

(Dianam suspicatur Wilamowitz *'δέσποιναν θηρῶν'*) caseum premit *ἀργειοφόνται* (*ἀργιφόντα* gramm. Hamburg. lectio quidem dubia, tamen Mercurium certe nominavit poeta). Deinde in his Anacreontis verbis locutionis *ἑορτὴν ἄγειν* vetustissimum habemus exemplum, quae apud poetas tragicos non invenitur (excepto Ione, qui *ἐν Ὀμφάλῃ*, satyrico dramate, dicit (fr. 21): *ἐνιαυσίαν*[18]) *γάρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν ἄγειν*), saepius autem apud Herodotum (I 147. 148. 183, II 40. 48. 61. 122, III 97). et apud Aristophanem (Thesm. 835). Ex vulgari sermone haec esse deprompta constare mihi videtur ex Pindari carminibus, qui ad illam rem significandam multo sollemniore locutione utitur. Cf. N. XI 27 *πενταετηρίδ' ἑορτὰν Ἡρακλέος τέθμιον κωμάσαις*, O. VI 95 *ἀμφέπει Δάματρα λευκίππου τε θυγατρὸς ἑορτάν*.

ἐπιδίνομαι.] Medium apud Homerum absolute ponitur de avibus, quae volantes orbem describunt β 150 *ἀλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην, ἔνθ' ἐπιδινηθέντε τιναξάσθην πτερὰ πυκνά*; deinde translate de animo certum consilium secum volvente υ 218 *αὐτὰρ ἐμοὶ τόδε θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν πόλλ' ἐπιδινεῖται.* Anacreon autem utitur de amanti, qui circum puellam amatam versatur (fr. 12 b): *Λευκίππῃ δ' ἐπιδίνεαι.*

ἐπιμαίνομαι.] Semel tantum apud Homerum exstat, ibique infinitivus subicitur. Z 160 *τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι.* Anacreon autem cum dativo tantum coniungit (fr. 3, 2): *Κλεοβούλῳ δ' ἐπιμαίνομαι*, eodemque modo Aesch. Ag. 1381 *φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται*, Ar. vesp. 744. 1469, Callim. h. Cer. 29 *θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ*, Leon. Tar. A. P. VI 309 *ἀστραγάλας, αἷς πόλλ' ἐπεμήνατο*, IX 345 *παιδί*, et saepius. Item verbo quoque simplici poeta utitur de amoris furore verbi *ἐρᾶν*, quocum coniungitur, gradationem exprimenti (fr. 89): *ἐρῶ τε δεῦτε κοὐκ ἐρῶ, καὶ μαίνομαι κοὐ μαίνομαι*; eodemque modo et substantivo (fr. 46): *ἀστραγάλαι δ' Ἔρωτός εἰσιν μανίαι τε καὶ κυδοιμοί.* Cf. Ibyc. fr. 1, 9 *Ἔρος . . . ἄσσων παρὰ Κύπριδος ἀζαλέαις μανίαισιν . . . ἐγκρατέως παιδόθεν φυλάσσει ἡμετέρας φρένας*, Theogn. 1231 *σχέτλι' Ἔρως, Μανίαι σε τιθηνήσαντο λαβοῦσαι.* — Sapph. 1, 17 *κὄττ' ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι μαινόλᾳ θυμῷ.*

ἐπίστιος.] Athen. X 446 f: . . . *καὶ σὺ οὖν, ὦ ἑταῖρε, κατὰ τὸν Ἄλεξιν, ὅς ἐν Διδύμοις φησίν· 'τούτῳ πρόπιθ', ἵνα καὐτὸς ἄλλῳ', καὶ γένηται ἡ παρ' Ἀνακρέοντι καλουμένη ἐπίστιος· φησὶ γὰρ ὁ μελοποιός* (fr. 90): *'μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον λάλαζε, τῇ*

18) Ion quia hoc loco diem festum anniversarium sic praedicat, opponit alii menstruo spatio repetito. Eius igitur tempore uterque dies festus adhuc celebrabatur. Quibuscum cf. schol. Ar. Plut. 1126: ἡ τετρὰς ἐνομίζετο τοῦ Ἑρμοῦ. καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπετίθεντο τῷ Ἑρμῇ. ἔξω τῶν ἑορτῶν ἱεραί τινες τοῦ μηνὸς ἡμέραι νομίζονται Ἀθήνησι θεοῖς τισίν, οἷον νουμηνία καὶ ἑβδόμη Ἀπόλλωνι, τετρὰς Ἑρμῇ καὶ ὀγδόη Θησεῖ. — Uter mos fuerit vetustior docuit Wilamowitz, homer. Unters. p. 247.

πολυκρότῃ σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην πίνουσα τὴν ἐπίστιον. Quid fuerit ἡ *ἐπίστιος* (sc. *κύλιξ*), optime definivisse mihi videtur Schweighäuser ita: ‚nos, cum *ἐφέστιοι* etiam omnes domestici et contubernales dicantur, contubernale vel convivale poculum intelleximus, nempe quod omnes convivae peraeque participent'. Hoc igitur loco, quo poeta feminas duas ludibrio habet potationi deditas, poculum significat, quod altera alteram certatim bibendo provocans usque ad fundum exhaurit.

ἐπιστρέφομαι.] Duplici modo media forma poeta utitur. Vi genuina: fr. 2, 4 *ἐπιστρέφεαι δ' ὑψηλὰς ὀρέων κορυφάς*, de Baccho dictum: haec locutio primum invenitur apud Hesiodum Th. 751 (de Die et Nocte) *οὐδέ ποτ' ἀμφοτέρας δόμος ἐντὸς ἐέργει, ἀλλ' αἰεὶ ἑτέρη γε δόμων ἔκτοσθεν ἐοῦσα γαῖαν ἐπιστρέφεται, ἡ δ' αὖ δόμου ἐντὸς ἐοῦσα μίμνει τὴν αὐτῆς ὥρην ὁδοῦ, ἔς τ' ἂν ἵκηται*, et h. Dian. 10 *πάντῃ ἐπιστρέφεται θηρῶν ὀλέκουσα γενέθλην*. — Translate: fr. 96 *οὐκέτι Θρηικίης ... ἐπιστρέφομαι*. Hes. *πλανῶμαι, φροντίδα ποιοῦμαι*. Cf Theogn. 440 *νήπιος, ὃς τὸν ἐμὸν μὲν ἔχει νόον ἐν φυλακῇσιν, τῶν δ' αὐτοῦ ἰδίων οὐδὲν ἐπιστρέφεται*, So. Ph. 599 *Ἀτρεῖδαι τοῦδ' ἐπεστρέφοντο*.

ἔραμαι, ἐρῶ.] Utrumque quidem apud Anacreontem invenitur; in epico autem sermone *ἔραμαι* tantum in usu est, cum genetivo coniunctum (item quoque Sapph. fr. 33 *ἠράμαν μὲν ἐγὼ σέθεν, Ἄτθι, πάλαι πόκα*). sed nondum cum infinitivo, velut Anacr. 44 *ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν*, qui additur etiam Theogn. 1155 *οὔτ' ἔραμαι πλουτεῖν*, Pind. P IV 92 *ἐπιψαύειν ἔραται*, N. I 31 *οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦτον κατακρύψας ἔχειν*, So. O. C. 512 *ὅμως δ' ἔραμαι πυθέσθαι*. Verbum nonnumquam in prosa quoque oratione adhibetur: cf. Her. I 8 *οὗτος δὴ ὦν ὁ Κανδαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός*, 96 *οὗτος ὁ Δηιόκης ἐρασθεὶς τυραννίδος*, Plat. symp. 213 c. — Activum *ἐρῶ* primum exstat apud Archilochum fr. 25, 3 *μεγάλης δ' οὐκ ἐρῶ τυραννίδος*, 68 *μάχης δὲ τῆς σῆς, ὥστε διψέων πιεῖν, ὣς ἐρῶ*. Cf. Anacr. fr. 3, 1 *Κλεοβούλου μὲν ἔγωγ' ἐρῶ*, et 89 *ἐρῶ τε δεῦτε κοὐκ ἐρῶ*.

ἕρμα.] Cf. Buttmann, Lexil. I² 111. — Vocabuli, quod genuine omnino lapidem significat, apud Homerum certa vis est, ibi enim de lapide dicitur navi fulcro supposito (*B* 154 *ἕρματα νηῶν*: cf. A 486, h. Ap. 507)[19]). Deinde eius usum ita constitutum esse vides, ut scopulum denotet maris undis tectum, in quo navis naufragium facit. Cf. Hes. s. *ἕρμα*. Anacr. fr. 38 *ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορέομαι*[20]). Cf.

---

19) Inde translate adhibetur de homine urbis stabilimento: cf. Π 549, ψ 121 ἕρμα πόληος. — Δ 117 sagitta nominatur μελαινέων ἕρμ' ὀδυνάων dolorum quasi fulcrum, dolores efficiens.

20) Metaphorae speciem prae se ferunt haec verba; poeta dicere videtur, ut condicionem suam incertam et periculorum plenam in conspectu ponat. Similem igitur adhibet metaphoram atque Alcaeus, qui urbem suam seditionibus turbatam navem ventorum vi vel huc vel illuc iactatam fingit (fr. 18. 19).

Aesch. Ag. 962 *ἔπαισεν ἄφαντον ἕρμα*, Eum. 554 *δι' αἰῶνος δὲ τὸν πρὶν ὄλβον ἕρματι προσβαλὼν δίκας ὤλετ' ἄκλαυστος, ἄστος*. Alios porro nominat Harpocr. *ἕρμα· ἕφαλος πέτρα. Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς Καλλίου ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ* (fr. 18 Bl.)· *ἔστι δὲ τοὔνομα καὶ παρὰ Ἀνακρέοντι* (l. c.) *καὶ ἐν Γηρυτάδῃ Ἀριστοφάνους* (I 433 K.). Cf. Phot. s. v. et Suid. s. *ἑρμάν*. Praeterea cum hac vi vocabulum invenitur Her. VII 183, Thuc. VII 25, Plat. reip. VIII 553 b.

ἕτοιμος.] fr. 43, 6 *καὶ γὰρ ἕτοιμον καταβάντι* (sc. *ἐς Τάρταρον*) *μὴ ἀναβῆναι*. Est illud, quod Catullus dicit 3, 11: '*it per iter tenebricosum illuc, unde negant redire quemquam*'. Locutio imprimis apud Atticos in usu est (v. Wilamowitz. ad Eur. Her. 86). Cf. velut Sol. 4, 7 *οἷσιν ἕτοιμον ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν*. Id, quod praesto est, atque cum paratum sit, statim ingruit, iam apud Homerum est: *αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος* Σ 96.

εὑρίσκω.] fr. 21, 6 *κίβδηλον εὑρίσκων βίον*. Haec vocabuli vis in carminibus epicis nondum exstat: ibi enim est 'rationem ac viam invenire, investigare, excogitare, velut *B* 343, *μ* 393 *οὐδέ τι μῆχος εὑρέμεναι δυνάμεσθα*, *τ* 158 *οὔτε τιν' ἄλλην μῆτιν ἔθ' εὑρίσκω*. Medium 'mihi reperio, excogito': *ι* 420 *αὐτὰρ ἐγὼ βούλευον . . . ., εἴ τιν' ἑταίροισιν θανάτου λύσιν ἠδ' ἐμοὶ αὐτῷ εὑροίμην*; 'incido in': *φ* 304 *οἷ δ' αὐτῷ κακὸν εὕρετο*. — Hic translate usurpatur de Artemone, qui fallaci modo victum sibi conquirit Et permultis quoque aliis locis significat 'adipisci, nancisci'. Pind. P. IX 113 *εὗρεν . . . ὠκύτατον γάμον*, II 64 *ὅθεν φαμὶ καὶ σὲ τὰν ἀπείρονα δόξαν εὑρεῖν*, O. VII 89 *πὺξ ἀρετὰν εὑρόντα*, Aesch. Sept. 857 *μελέους θανάτους ηὕροντο*, So. Tr. 284 *ἐξ ὀλβίων ἄζηλον εὑροῦσαι βίον*, fr. 85 *τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους, αὖθις δὲ τιμάς*, Eur. Phoen. 400 *πόθεν δ' ἐβόσκου, πρὶν γάμοις εὑρεῖν βίον*; Med. 1107 *ἅλις βίοτον εὗρον*.

ἡνιοχεύω.] *Λ* 103 *ὁ μὲν νόθος ἡνιόχευεν*, *Ψ* 641 *ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν*, *ζ* 319 *ἡ δὲ μάλ' ἡνιόχευεν*; in sermone igitur epico absolute tantum ponitur, *ἔχειν* de equis regendis transitive ibi usurpatur. Cum genetivo coniungitur apud Anacreontem fr. 4, 4 *τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις*, animae meae habenas in manibus tenes, h. e. animam meam regis. Plat Phaedr. 246 b *πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων ξυνωρίδος ἡνιοχεῖ*. Abhorret igitur a genuina vocabuli notione, quod cum accusativo quoque coniungitur velut Her. IV 193 . . . *Ζαύηκες . . .*, *οἷσιν αἱ γυναῖκες ἡνιοχέουσι τὰ ἅρματα ἐς τὸν πόλεμον*, et in his duobus epigrammatis recentissimis: A. P. IX 696 *πόλιν ἡνιοχεῦσαι*, 779 *συληθέντα Δίκης θρόνον ἡνιοχεύων*.

θωρήσσω.] Schol. Ar. Ach. 1132 . . . *θωρήξασθαί ἐστι τὸ καθοπλισθῆναι* (hanc vim apud Homerum habet), *ἀλλὰ καὶ τὸ πίνειν καὶ τὸ μεθυσθῆναι οὕτω καλοῦσιν, ἐπειδὴ θώραξ καὶ τὸ στῆθος* (cf. Plat. Tim. 69 e *ἐν τοῖς στήθεσι καὶ τῷ καλουμένῳ θώρακι*, Hippocr.). *διὰ τὸ θερμαίνειν οὖν τὸ στῆθος θωρήσσειν*

λέγουσι τὸ μεθύειν καὶ ἀκροθώρακας τοὺς ἀκρομεθύσους ἐκάλουν. κέχρηται δὲ τῇ λέξει καὶ Ἀνακρέων (fr. 147). *ἐστὶ δὲ Ἀττική.* Cf. Erotian. *θωρῆξαι· οἰνοποτῆσαι. ἐπεὶ καὶ ἡ οἰνοποσία θώρηξις ὑπ᾽ αὐτοῦ λέγεται* (sc. ab Hippocrate: cf. Epid. II 5, 10 = V 130 L.), *καὶ μέχρι νῦν τοὺς μὴ ἐπιπλέον οἰνωμένους ἀκροθώρηκας καλοῦμεν.* Apud Theognidem quoque invenitur velut v. 507 *δέδοικα δέ, μή τι μάταιον ἔρξω θωρηχθεὶς καὶ μέγ᾽ ὄνειδος ἔχω,* 883 *τοῦ πίνων ἀπὸ μὲν χαλεπὰς σκεδάσεις μελεδώνας, θωρηχθεὶς δ᾽ ἔσεαι πολλὸν ἐλαφρότερος.* Scholiastam, qui Atticum vocabulum esse dicit, erravisse exempla docent quae attuli peregrina, neque cum *θώραξ* (= pectus) hanc verbi notionem esse coniungendam idem recte indicat: verbum, quod genuine significat 'loricam induere', cum hac translata vi in vulgari sermone usitatum fuisse constat ex Aristophanis verbis (l. c.) iocose ludentibus.

καταδύνω.] Principali sensu de eo dicitur, qui in penitiorem locum recedit; is autem, qui talem recessum quaerit, eo consilio facit, ut ab aliorum oculis se removeat. Poeta de se ipso dicit (fr. 61): *παρὰ δεῦτε Πυθόμανδρον κατέδυν ἔρωτα φεύγων.* Cf. Her. IX 37 *καταδύνων ἐς ὕλην.* De Ulixe Troianorum in urbem clam intranti poeta dicit δ 246 *ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν,* et de Minerva, quae patre inscio arma induere vult, Θ 375 *ὄφρ᾽ ἂν ἐγὼ καταδῦσα Διὸς δόμον αἰγιόχοιο τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήξομαι.* Etsi utraque locutio non multum ab altera differt, tamen structura non eadem est.

κατηρεφής.] Apud Homerum est 'tectus, coopertus'. Σ 589 *κατηρεφέας σηκούς,* ι 183 *σπέος . . . ὑψηλόν, δάφνῃσι κατηρεφές,* ν 349 *τοῦτο δέ τοι σπέος εὐρὺ κατηρεφές,* ε 367 *κῦμα κατηρεφές* (*ὑψηλὸς ὥστε σκεπάσαι αὐτόν* schol.: cum activa igitur vi), Hes. Th. 778 *δώματα μακρῇσιν πέτρῃσι κατηρεφέα.* Ab Anacreonte (fr. 121) autem per novam significationem mensae nominantur *κατηρεφεῖς παντοίων αγαθῶν,* h. e. ut Athenaeus (I 12 a) interpretatur, *πλήρεις.* Cum genetivo coniunxit etiam Eur. Hipp. 468 *στέγην ἧς κατηρεφεῖς δόμοι.*

κορέω.] Semel legitur apud Homerum υ 149 *αἱ μὲν δῶμα κορήσατε ποιπνύσασαι.* De puella dixit Sappho (fr. 48) *μάλα δὴ κεκορημένας Γόργως* (*κεκορημένον στόργος*: em. Bergk, cf. Maxim. Tyr. 24, 9), purgatae, h. e. mundae, pulchrae. Similiter Anacreon Smerdien puerum amatum sic nominat (fr. 5) *ἀλλ᾽ ὦ τρὶς κεκορημένε Σμερδίη,* ter purgate, h. e. purissime puer. falsissima est vocabuli interpretatio [21]), quam Eustathius profert e Suetonii *περὶ βλασφημιῶν* libello (cf. Miller, Mélang. p. 426) 1542, 47 (cf. 725, 29): *ἤγουν πολλάκις ἐκσεσαρωμένε.*

---

21) Aliud falsae Anacreontei carminis interpretationis exemplum habemus in iis, quae de Polycrate Anacreontis aemulo, qui Smerdien puerum capillos tonderi iusserit, excogitata sunt (Athen. XII 540 e = Ael. V. H. IX 4: Anacr. fr. 48 ἀπέκειρας δ᾽ ἁπαλῆς κόμης ἄμωμον ἄνθος). Ceterum cf. Crusius l. c. p. 2037.

κωτίλος.] *κωτίλλειν* primum invenitur apud Hesiodum dictum de femina, quae multa verba faciens decipit, Op. 373 *μηδὲ γυνή σε . . . ἐξαπατάτω αἱμύλα κωτίλλουσα; κωτίλος* de homine garrulo exstat Theogn. 295, So. Phaedr. fr. 622 et saepius. — Tzetz. ad Hes. Op. 374 . . . *κωτίλη γὰρ ἡ χελιδών, διὰ τὸ λάλος εἶναι, παρά τε Ἀνακρέοντι* (fr. 154) *καὶ Σιμωνίδῃ* (fr. 243) *καλεῖται.* Et ibid. fr. 73 *ἀηδόνες πολυκώτιλοι.* Hes. *κωτίλη· λαλιστάτη.* Thebanos hirundines nominavisse *κωτιλάδας* narrat Strattis comicus (cf. Athen. XIV 622 a). Theocritus de turturibus, quibuscum garrientes mulieres *ξένος* comparat apud Theocritum (15, 87), cum eas sic increpat: *παύσασθ᾽ ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι τρυγόνες.* — Quanta sit significationis varietas apparet ex his duabus glossis: Hes. *κωτίλον· ἡδύ. τρανές. λάλον. εὔστομον. κωτίλος· πανοῦργος, ἀπατηλός, κολακευτής, ἀπατεών, δόλιος, λάλος.*

μισέω.] fr. 74 *ἐγὼ δὲ μισέω πάντας.* Verbum in Homericis carminibus, quibus semel tantum legitur, cum infinitivo coniungitur: *P* 272 *μίσησεν* (Iuppiter) *δ᾽ ἄρα μιν* (Patroclum) *δηίων κυσὶ κύρμα γενέσθαι.* schol. A: *ἰδίως κέχρηται τῇ λέξει, καὶ ἅπαξ γε νῦν μόνον· λέγει δὲ μισητὸν ἡγήσατο ἐγκύρημα γενέσθαι κυσὶ τὸν Πάτροκλον.* — *μισητή* Archilochus (fr. 184, recte a Bergkio ad eum relatum) de meretricula contumeliose dixit: cf. L. Cohn, de Aristophane Byzantio et Suetonio Tranquillo Eustathi auctoribus in Jahrb. f klass. Phil. 12. Supplmentbd., p. 330. — Plane sicut Anacreon locutus est Pindarus P. IV 284 *ἔμαθε δ᾽ ὑβρίζοντα μισεῖν.*

νεοθηλής] *Ξ* 347 *χθὼν δῖα φῦεν νεοθηλέα ποίην,* Hes. Th. 576 *στεφάνους νεοθηλέος* (sic M) *ποίης* (v. spurius), h. Merc. 82 *νεοθηλέος ὕλης* h. e. recens virentis. Deinde etiam habet vim 'iuveniliter florens': Pind. N. IX 48 *νεοθαλὴς δ᾽ αὔξεται μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ,* hymn. XXIX 13 *παῖδες δ᾽ εὐφροσύνῃ νεοθηλέι κυδιόωσιν.* Anacreon autem dixit de hinnulo quoque recens nato: Eust. 711, 34 *φέρεται δὲ καὶ Ἀνακρέοντος χρῆσις αὕτη* (fr. 51, 1)· *οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν,* quem Homerus (*δ* 336, *ρ* 127) *νεβρὸν νεηγενέα γαλαθηνόν* vocat. De vitulo dicit Philipp. A. P. IX 274, 3 *νεοθηλεῖ μόσχῳ.* — Cf. quoque Anacreont. 40, 15 *νεοθηλέσιν ἅμα κούραις.*

νεόπλυτος.] Semel apud Homerum invenitur *ζ* 64 *νεόπλυτα εἵματ᾽ ἔχοντες.* Cf. Her. II 37 *εἵματα δὲ λίνεα φορέουσιν αἰεὶ νεόπλυτα,* i. e. recens lavata. — Alia est eius vis apud Anacr. fr. 21, 4, ubi poeta de Artemone per ludibrium dicit eum pro vestimento habere *νεόπλυτον εἴλυμα κακῆς ἀσπίδος,* quod Blass (Rh. M. XXIX 155) recte sic vertit: 'aufgewaschen', i. e. lavando renovatus.

παρθένιος.] fr. 4 *ὦ παῖ παρθένιον βλέπων, δίζημαί σε, σὺ δ᾽ οὐ κλύεις . . .* Poeta haec dicit de puero amato et expetito, qui se neglegat neque quo desiderio captus sit cognoscat. Similiter intellegenda sunt, quae de se ipso dicit Hippolytus (Eur. Hipp. 1006):

παρθένον ψυχὴν ἔχων, h. e. animum habens amorem despicientem et omni amoris concitatione vacuum.

πέτομαι.] Translata cum notione poeta de se ipso dicit ad hanc vel illam puellam volanti (fr. 9): τί μὴν πέτεαι συρίγγων κοϊλώτερα στήθεα χρισάμενος μύρῳ; Similiter adhibitum est Eur. Bacch. 332, ubi de homine levi et inconstanti dicitur οἴκει μεθ᾽ ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων· νῦν γὰρ πέτῃ τε καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖς.

ποιμαίνω.] Sicut ποιμήν apud Homerum rex et princeps nominatur, item translata cum vi ποιμαίνω dicitur de cura et tutela, quae alicui tribuitur. Anacr. fr. 1, 8 de Diana cives curanti: οὐ γὰρ ἀνημέρους ποιμαίνεις πολιήτας, Aesch. Eum. 91 τόνδε ποιμαίνων ἐμὸν ἱκέτην (φυλάσσων schol.), Eur. fr. 744 de duce exercitus: χρὴ δὲ τὸν στρατηλάτην ὁμῶς δίκαιον ὄντα ποιμαίνειν στρατόν.

πορφύρεος.] fr. 2, 3 Venus ab eo nominatur πορφυρῆ. Atque Aelianus, qui h. a. IV 2 haec poetae verba intuens confert cum columba Erycina purpurea, de eius specie intellexit eodem colore insigni, nam vix credibile est eum deae genas tantum rubescentes dicere voluisse; quamquam haec adiectivi interpretatio confirmari potest iis Phrynichi verbis, quae leguntur apud Athen. XIII 604 a: λάμπει δ᾽ ἐπὶ πορφυρέαις παρῇσι φῶς ἔρωτος, et his Apollonii Rhodii (III 121) . . . . . μάργος Ἔρως . . . γλυκερὸν δέ οἱ ἀμφὶ παρειὰς χροιῇ θάλλεν ἔρευθος. Sed quia Venus hoc tantum loco sic nominatur — Aelianus igitur a grammaticis huius locutionis notitiam habet — singularem vocabuli vim hic esse conicere licet. Quod cum genuine significet, quod inquietum et motum et fluctuans est (cf. Curtius, Etym.[5] 303. 494), de coloribus quoque indicandis iisque variis et commixtis in usu est, ut dicitur de arcu caelesti *P* 547 πορφυρέην ἶριν (h. e. ποικίλην), et de nube, quae cum eo comparatur, coloribus splendenti v. 551. Atque cum eadem vi hoc loco ab Anacreonte dictum est de dea vel eius veste, quae item atque arcus variatis coloribus fulget[22]). Similiter dea χρυσῆ nominatur, cuius vestis auro ornata est. φᾶρος purpureum nominatur (*Θ* 221), vel χλαῖνα (*δ* 115), et Anacreon pilam πορφυρῆν nominans (fr. 14, 1) ab Homero pendet (cf. *θ* 373). — ἁλιπόρφυρος 'purpura marina, muricis suco tinctus' (cf. ἁλουργίς, ἁλίβαπτος), quod in Odyssea tribus locis legitur (*ν* 108, *ζ* 53. 306), epici sermonis proprium est, ex quo sumpserunt Alcman (fr. 26, 4) ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις, et Anacreon (fr. 138) ἁλιπόρφυρον ῥέγος.

ῥαδινός.] fr. 165. Cf. Holsten, p. 34.

στέφανος, στεφανίσκος, στεφανόω.] Derivata sunt a stirpe στεφ-, cuius genuina vis est 'umhüllen, umschliessen'. Cf. Prellwitz, etym. Wörterb. d. griech. Spr., p. 302. — Homero coronae usum omnino ignotum esse veteres interpretes minime fugit: schol. A. *N* 736 πάντῃ γάρ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηεν· στέφανον

22) Amor item purpureus nominatur Ov. am. II 1, 38; 9, 34; a. a. 1, 232.

ἡρωικὸν πρόσωπον ὠνόμακε διὰ τῶν γενομένων αὐτῶν. οὔτε γὰρ οἱ τῆς Πηνελόπης μνηστῆρες οὔθ' οἱ Φαίακες οὔθ' οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐστέφοντο. Ea autem verba, quibus Polydamas Hectorem alloquitur, hunc habent sensum: 'ab omnibus partibus belli tumultus te circumdat'. Deinde de muro quoque urbem cingenti στέφανος apud eundem adhibetur, qui Thebas sic nominat Τ 99: ἐυστεφάνῳ ἐνὶ Θήβῃ, quem locum imitatur Hesiodus Th. 978, Sc. 80. Ad substantivum στεφάνη redit εὐστέφανος, quo epitheto deae in sermone epico saepius ornantur, velut Venus: θ 267. 288, σ 193, Hes. Th. 1008; Diana Φ 511; Ceres: Hes. Op. 300. h. Cer. 224. Cf. Hes. εὐστέφανος· εὔ(κέ)φαλος, εὔκοσμος· γυναικεῖος γὰρ κόσμος ἡ στεφάνη· καὶ ἐπὶ πόλεως μεταφορικῶς εὔπυργος, εὔτειχος, καλὸν στέφανον ἔχων. — Similiter Pind. P. II 58, ubi poeta Hieronem sic alloquitur, πρύτανι κύριε πολλᾶν μὲν εὐστεφάνων ἀγυιᾶν. Schol. ἤγουν ὑψηλῶν (quod falsum est) ἢ εὖ τετειχισμένων. Substantivum στέφανος eadem cum vi legitur Anacr. fr. 72 νῦν δ' ἀπὸ μὲν στέφανος πόλεος ὄλωλεν, Pind. O. VIII 32 Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον τεῦξαι [23]). — Atque στέφανος de urbis muro dicitur, sic στεφάνη simili modo de singularum turrium vel totius muri, qui urbem amplectitur, pinnis adhibetur. Hes. στεφάναι· ... τείχους ἐπάλξεις καὶ πύργων. Eur. Hec. 910 (de Troia) ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι πύργων, Tro. 783 βαῖνε πατρῴων πύργων ἐπ' ἄκρας στεφάνας. Cf. Antipat. A. P. IX 151 ποῦ στεφάναι πύργων; De corona autem utitur Herodotus VIII 118. — Neutrum στεφάνωμα item ad turres pertinens semel invenitur apud Sophoclem (Ant. 121 στεφάνωμα πύργων). — Masculinum, de muro dictum, redit in carminibus posterioris aetatis epicis. Orph. Arg. 897 πρόσθε γὰρ Αἰήταο δόμων ποταμοῖο τ' ἐραννοῦ ἐννέ' ἐπ' ὀργυιῶν ἕρκος περιμήκετον ἄντην φρουρεῖται πύργοισι καὶ εὐξέστοισι μύδροισιν, ἑπτὰ πέρι στεφάνοισι κυκλούμενον, 764 στέφανος καὶ τεῖχος ἐρυμνόν. Verbum στεφανόω cum eadem vi adhibetur Dionys. Per. 1006 Βαβυλὼν ἱερὴ πόλις, ἥν ῥά τε πᾶσαν τείχεσιν ἀρραγέεσσι Σεμίραμις ἐστεφάνωσεν. Pausanias dicit (IX 15) in signo Epaminondae inscripta fuisse inter alia et haec: Θήβης δ' ὅπλοισιν Μεγάλη πόλις ἐστεφάνωται. — Coronae autem, qua caput ornatur, prima mentio facta esse videtur in carminibus Cypriis [24]) (cf. Athen. XV 682 f): ἡ δὲ σὺν ἀμφιπόλοισι φιλομμειδὴς Ἀφρο-

---

23) Idem cum felicitatis quoque notione adhibuit: P. I 100 ἀμφοτέροισι δ' (scil. τῷ εὖ παθεῖν καὶ εὖ ἀκούειν) ἀνὴρ ὃς ἂν ἐγκύρσῃ καὶ ἕλῃ, στέφανον ὕψιστον δέδεκται.

24) Prorsus alia est veterum quorundam grammaticorum sententia, qui coronae vim esse genuinam, alias autem significationes inde translatas esse volunt: cf. Athen. I 18 e: ἀλλ' οὐδὲ στεφανουμένους εἰσάγει (Homerus), καίτοι τῷ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώματι σημαίνεται, ὅτι ᾔδει τὸν στέφανον. φησὶ γοῦν .... deinde Athenaeus hos duos versus affert: κ 195 et Ν 736. Sed hanc illorum sententiam cur sequi non possimus hic pluribus dici opus non est, quia eorum, quos supra attuli, locorum aliorumque apud Homerum vis huic obstat.

δίτη . . . πλεξάμεναι στεφάνους εὐώδεας ἄνθεα γαίης ἂν κεφαλῇσιν ἔθεντο θεαί, et h. Hom. VI 42 de nave Tyrrhenorum *σκαλμοὶ στεφάνους ἔχον*, h. e. coronati erant; deinde apud Stesichorum (fr. 29, 3) et Anacreontem (fr. 62, 3; 83, 1), qui *στεφανίσκος* quoque dicit (fr. 54, 1: cf. Anacreont. 40, 5; 42, 15). *στεφανοῦσθαι* de eo, qui coronatur, primus utitur Anacreon (fr. 41, 2 *Μεγίστης . . . στεφανοῦται λύγῳ*), et post eum Pindarus. Nomen autem suum accepit corona, quia caput circumdat.

τίλλω.] Significat quoque 'ludibrio aliquem vexare, cavillari'. Et. M. 713, 9 *τίλλειν δὲ τὸ σκώπτειν, ὡς λέγει Ἀνακρέων* (fr. 13 b)· *οὗτος δεῦτε . . . τίλλει . . . .* Eius verba quamquam tam corrupta leguntur, ut corrigi non possint, tamen quo sensu hoc vocabulo usus sit, certum est. Genuina autem cum vi utitur in fr. 21, 9 *κόμην πώγωνά τ᾽ ἐκτετιλμένος.* — Cf. Hes. *τίλλει· ἀνασπᾷ· μέμφεται. διαβάλλει. ἀποσκώπτει. τιλλομένη· λοιδορουμένη.* Ita Romani 'vellicare' adhibuerunt: Cic. Balb. 26: *more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant;* Hor. sat. I 10, 79: *men moveat . . . aut cruciet, quod vellicet absentem Demetrius?*

ὕμνος.] Apud Anacreontem de lugubri quoque cantilena invenitur. Cf. schol. Townl. *N* 227 *μέλλει δὴ φίλον εἶναι ὑπερμενέι Κρονίωνι νωνύμνους ἀπολέσθαι ἀπ᾽ Ἄργεος ἐνθάδ᾽ Ἀχαιούς· τινὲς ἀθρηνήτους· ὕμνον γὰρ καὶ Ἀνακρέων τὸν θρῆνόν φησιν* (fr. 171). Grammaticus igitur *νώνυμνος* per *ὕμνος* compositum esse falso ratus haec adnotavit. Eandem vim habet Aesch. Sept. 840 (dux chori) *ἀλλὰ γὰρ ἥκουσ᾽ αἵδ᾽ ἐπὶ πρᾶγος πικρὸν Ἀντιγόνη τ᾽ ἠδ᾽ Ἰσμήνη, θρῆνον ἀδελφοῖν· οὐκ ἀμφιβόλως οἶμαί σφ᾽ ἐρατῶν ἐκ βαθυκόλπων στηθέων ἥσειν ἄλγος ἐπάξιον. ἡμᾶς δὲ δίκη πρότερον φήμης τὸν δυσκέλαδόν θ᾽ ὕμνον Ἐρινύος ἰαχεῖν Ἀίδα τ᾽ ἐχθρὸν παιᾶν᾽ ἐπιμέλπειν;* Pers. 617 *ἀλλ᾽, ὦ φίλοι, χοαῖσι ταῖσδε νερτέρων ὕμνους ἐπευφημεῖτε.*

Placet mihi hoc loco aliud quoque vocabulum commemorare. Eust. 1329, 32: *καὶ μὴν ὁ Ἀνακρέων* (fr. 156) *τὴν τοιαύτην* (sc. meretriculam) *οὐ πάνυ σφοδρῶς, ἀλλὰ περιεσκεμμένως πανδοσίαν ὠνείδισε καὶ λεωφόρον καὶ πολύυμνον. πολύυμνος* dicitur is, qui multos hymnos habet, multum hymnis celebratur. h. Hom. XXV 7 *ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν* (Bacchum), item Eur. Ion. 1074 *τὸν πολύυμνον θεόν*[25]). Cf. Ar. eq. 1327 *ταῖς Ἀθήναις*

25) Ex hoc dei quo appellabatur cognomine enata est Polyhymni persona, qui deum ad inferos descensurum et viae ignarum iter ingrediendum docuit et ex eius manibus coronam a Venere datam accepit, ne mortuorum contagione inquinaretur (Hygin. astron. II 5). Cf. etiam Paradoxogr. 223; praeterea Clem. Alex. Protrept. p. 35 Dind. (= Arnob. adv. nat. V 28), ubi idem dei comes Πρόσυμνος nominatur: v. quoque eorum notabilem de Bacchi promissi duci dati solutione narrationem (de qua egit Welcker, gr. Götterl. II 651). Deus ipse Lernae, ubi ad inferos descendisse dicebatur, una cum Cerere, quam Προσύμνην nominatam esse Pausanias dicit (II 37, 1), mysteriis celebrabatur (cf. Kaibel,

πολυύμνοις. Meretrix autem nominatur, quia in omnium ore est; Eust. 1921, 62: *εἰ δὲ καὶ πολύυμνος, ἀλλὰ τοῦτο σεμνότερον δῆθεν πόρνης ἐπίθετον διὰ τὸ αὐτῆς περιώνυμον*. Quibuscum cf. Plat. symp. 187 d: *καὶ οὗτός ἐστιν ὁ καλός, ὁ οὐράνιος, ὁ τῆς Οὐρανίας Μούσης Ἔρως· ὁ δὲ Πολυμνίας ὁ πάνδημος, ὃν δεῖ εὐλαβούμενον προσφέρειν οἷς ἂν προσφέρῃ, ὅπως ἂν τὴν μὲν ἡδονὴν αὐτοῦ καρπώσηται, ἀκολασίαν δὲ μηδεμίαν ἐμποιήσῃ*, ubi Plato certe *Πολύμνια* eam Musam esse vult, quae, cum Cupidinis vulgaris mater sit, ab amantibus multum hymnis celebratur. Eandem Musam *Πολύμνις* nominatam una cum *Στησιχόρῃ* et *Ἐρα[τώ]* Martis et Veneris currum in deorum pompa comitantem vides in Francisci amphora (*Πολύμνια* autem eam appellat Hesiodus Th. 78). *πολύυμνος* nominatur Venus h. Orph. 55, 1. — *πανδοσίαν* autem meretricem esse nominatam Eustathius vult (862, 45) *πρὸς παίγνιον τῆς Πανδώρας*. Neque aliud talis locutionis exemplum exstat. — *λαοφόρος*, h. e. populum ferens, de strata adiectivi loco semel invenitur apud Homerum (*O* 682 *λαοφόρον καθ' ὁδόν*), de urbis portis Her. I 187 *τῶν λεωφόρων πυλέων*; cf. Eur. Rh. 881 *λεωφόρους* (*λαοφόρους* CV, *λαοφόρου* Harl.: em. Valcken.) *πρὸς ἐκτροπάς*, in publicarum viarum deverticulis. Substantivum de via strata dictum primum invenitur apud Plat. leg. 763 c; ionicae esse originis hanc locutionem Anacreon docet, qui ea metaphorice de meretricula utitur. — *μανιόκηπος* quoque de tali femina Anacreontem (fr. 156) per ludibrium dixisse Suidas testis est (cf. s. *μυσάχνη*). Hes. *κῆπος· . . . τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν* (similiter ‚hortus' apud Romanos: cf. Priap. 5, 3.). — Iones in hoc nominum genere inveniendo satis sollertes fuisse videntur: cf. Archil. fr. 184. — Harum autem contumeliarum notitiam Eustathium aliosque grammaticos sumpsisse ex Suetonii libro, qui erat inscriptus: *περὶ δυσφήμων λέξεων, ἤτοι βλασφημιῶν καὶ πόθεν ἑκάστη*, ostendit A. Fresenius, de *λέξεων* Aristophanearum et Suetonianarum excerptis Byzantinis p. 72 sqq. Cf. quoque Cohn, l. c. p. 329.

ὑψηλός.] fr. 10 *ὁ δ' ὑψηλὰ νενοημένος*: de puero superbo dictum. Haec vocabuli translata vis Homero prorsus ignota hic primum inveniri videtur.

IV.

ἀγκύλη.] V. s. *κότταβος*.

Αἰθιοπίη.] Hes. *Αἰθιοπία· ἡ Σαμοθρᾴκη. ἄλλοι τὴν Ἄρτεμιν*. — *Αἰθιοπίης* (*Αἰθιοπεῖς* cod.: em. Bergk) *παῖδα· τὸν*

---

epigr. 821). De utroque vide quae dixerunt Wilamowitz (comm. gramm. II 15) et Maass (Orpheus 64, 77). — Polyhymno quaedam inter Bacchi alumni nutrices nominatur Hygin. fab. p. 35 Schm.

Διόνυσον. Ἀνακρέων (fr. 135). *ἄλλοι τὸν οἶνον.* Verba *ἄλλοι τὴν Ἄρτεμιν* priorem in glossam transponenda esse vidit Maass, de Aeschyli Supplicibus p. XXIII adn. 2. Cf. Steph. Byz. *Αἰθόπιον . . . πλησίον τοῦ Εὐρίπου, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθοπία.* A. P. VI 269 (* Sapph.) *Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατοῦς ἀνέθηκεν Ἀρίστα,* VII 705 (Antipatri) *Αἰθοπίης Βραυρωνίδος.* Anacreontem Bacchum Semeles filium sic nominavisse ostendit Maass, Herm. XXVI 190.

ἀκινάκης.] Praeter Anacreontem (fr. 136) eadem forma utitur Herodotus IV 62, qui apud Scythas eum pro deo haberi narrat: *ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ ὄγκου ἀκινάκης σιδήρεος ἵδρυται ἀρχαῖος ἑκάστοισι, καὶ τοῦτ' ἔστι τοῦ Ἄρηος τὸ ἄγαλμα. κινάκης* dixit Sophocles (fr. 958). Vocabulum esse barbarum docent Herodoti verba VII 54: *εὐξάμενος δὲ ἐσέβαλε* (Xerxes) *τὴν φιάλην ἐς τὸν Ἑλλήσποντον καὶ χρύσεον κρητῆρα καὶ Περσικὸν ξίφος, ὃν ἀκινάκην καλέουσιν.*

ἀκταινῶ.] Egit de hoc vocabulo Ruhnkenius, Tim. lex. Platon. p. 17. Rarissima est ea formatio, cuius exempla Herodianus I 450, 22 tantum *τριαινῶ* (a *τρίαινα*) et *κελαινῶ* (a *κελαινός* Homer.) — quo verbo Aeschylus usus est Cho. 401 — affert. Praeter formam in *-οω* alia quoque in *-ω* exstat. — B. A. I 373, 18 *ἀκταινῶσαι· ἀντὶ τοῦ ὑψῶσαι καὶ ἐξᾶραι καὶ μετεωρίσαι . . . οὕτως Ἀνακρέων* (fr. 137). Cf. ibid. 23, 7 *ἀκταινῶσαι· σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι καὶ ἐπᾶραι καὶ μετεωρίσαι, . . . Αἰσχύλος 'οὐκέτ' ἀκταίνω' φησί, βαρυτόνως, οἷον οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν. Πλάτων ἐν τῷ Φάωνι* (*ἐν τῷ Φαίδωνι*: corr Meineke, cur. cr. 40) *ὡς ἀπὸ περισπωμένου.* Poeta igitur comicus eadem forma atque Anacreon usus est. De *ἀκταίνω* haec profert etymologus (Et. M. 54, 34) *ἀκταίνω· ἐπὶ ἵππων ἀκταίνειν, τὸ μετεωρίζεσθαι καὶ ἐπαίρεσθαι καὶ γαυριᾶν. . . . ἀκταίνω τὸ κουφίζω παρὰ Αἰσχύλῳ. καὶ 'ἀκταῖνον μένος τὸ ἀνάγον καὶ δυνάμενον ἀνορθοῦν.* Cf. Hes. *ἀκταίνειν· μετεωρίζειν.* — *ἀ[λε]κταίνει. ἰσχύει, γαυριᾷ, μετεωρίζει.* De equo igitur praeclaro dicitur, qui caput elatum reflectens excellentiam suam ostendit; de homine, cuius corpori vires insunt, qui alto gradu incedens corporis robur iactat, vel cuius mens quoque viribus abundat. Aeschyli verba, quae grammatici intuentur, leguntur Eum. 36 *ἦ δεινὰ λέξαι, δεινὰ δ' ὀφθαλμοῖς δρακεῖν πάλιν μ' ἔπεμψεν ἐκ δόμων τῶν Λοξίου, ὡς μήτε σωκεῖν μήτε μ' ἀκταίνειν βάσιν· τρέχω δὲ χερσίν, οὐ ποδωκείᾳ σκελῶν* (cf. schol.). Quanta sit huius locutionis audacia apparet; vocabulum enim vulgari ex sermone sumptum adhibitum esse vides ad summam quae agitur caerimoniam indicandam. Legitur praeterea Plat. legg. II 672 c *ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν φρόνησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως, καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιστα, ἀτάκτως αὖ πηδᾷ.* schol. *ἀκταίνειν, γαυριᾶν, ἀτάκτως πηδᾶν, ἢ μετεωρίζειν, ἢ ὁρμᾶν, ἢ ἐξάττειν ἀπὸ τοῦ ἐξαΐσσειν, καὶ ἰσχύειν.* Similiter explicat Suidas (cf. s. v.) *ἀκολασταίνειν, γαυριᾶν, καὶ ἀτάκτως πηδᾶν*; novam addit vim: *πρὸς συνουσίαν ὁρμᾶν.* Atque hoc dictum de eo, cuius genua

libidine trepidant. Cf. Hes. *ὑποακταίνοντο· ἔτρεμον. ἀκταίνουσα· τρέμουσα. ἢ ἀσφαλῶς κρατοῦσα. ὑπακταινούσας· ὑποτρεμούσας. ἀπακταίνειν* autem de eo dicitur, qui se commovere non potest: Hes. *ἀπακταίνων· ὁ κινεῖσθαι μὴ δυνάμενος.* — Alia quoque forma exstat *ἀκταΐζειν* (Hes. *ἀκταΐζων· . . . μετεωρίζων*) et *ἀκτάζειν* (Et. M. 54, 39 *ἀκτάζων· ἀντὶ τοῦ ἐξανιστάμενος*). — Vocabuli etymologia ignota[26].

ἄμυστις.] fr. 63, 2 *ὅκως ἄμυστιν προπίω*, quod poeta v. 9 sic circumscribit: *Σκυθικὴν πόσιν.* Thracum igitur morem esse hanc potionem indicat, quem Abderae cum esset fortasse cognovit, nam primum apud eum invenitur vocabulum. Cf. Callim. apud Athen. X 442 f: *καὶ γὰρ ὁ Θρηικίην μὲν ἀπέστυγε χανδὸν ἄμυστιν οἰνοποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ*; et Hor. carm. I 36, 14: ***Bassum Threicia vincat amystide***, qui Anacreontis verba respicit. In comoedia saepius eius mentio fit: cf. velut Epicharm. apud Athen. VI 235 f de parasito: *ἀλλ' ἔμπας ὅδε ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει κυμβίον* (*τὸν βίον* libri: coni. Ahrens; cf. Athen. XI 481 d: *κυμβία τὰ κοῖλα ποτήρια καὶ μικρὰ Σιμάριστος*; h. e. parasitus vorax magnum poculum ut parvum bibit). In Rheso fabula, quae permultis in rebus ad Thracum mores redit, bis commemoratur: v. 419 (cum schol.), 438. Etymologiam dedit Athenaeus XI 783 d: *καλεῖται μὲν οὕτω πόσις τις, ἣν ἔστιν ἀπνευστὶ πίνειν μὴ μύσαντα.* Derivata sunt *ἀμυστὶ πίνειν* (Anacreont. 8, 2; 17, 2; Suid. s. v.: . . . *καὶ ἀμυστὶ Φερεκράτης εἶπεν*) et *ἀμυστίζω* (Eur. Cycl. 565).

ἀναβασσαρέω.] V. s. *Βασσαρίς.*

ἀνασταλύζω.] fr. 43, 4 *ἀνασταλύζω θαμὰ Τάρταρον δεδοικώς*, h. e. gemo Tartarum timens. Hes. *ἀσταλύζει* (*ἀστυλάζει* cod.)· *λυπεῖ(ται) μετὰ κλαυθμοῦ* (*α* in initio est protheticum ut in *ἀσταχύς* = *σταχύς, ἀσπαίρω* = *σπαίρω*).

ἀναχέω.] fr. 42 *ἐν κελέβῃ πέντε ⟨τε⟩ καὶ τρεῖς ἀναχείσθω. ἀνά* hic distributivum est: *εἰσὶ γὰρ τρεῖς ἀνὰ πέντε*; tres partes (vini) cum duabus (aquae) partibus commiscentor. In numeris *πέντε καὶ τρεῖς*, cum certa mensura intellegenda sit, pro singulari fere numero quisque ponitur; *ἀναχείσθω* igitur quod Athenaeus tradit integrum videtur. — Similem vim habet *ἀναμείγνυμι*. *Ω* 527 *δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων. ᾧ μέν κ' ἀμμείξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος, ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ*, h. e. duabus de amphoris pro portione ei admiscens. Cf. Anacr. fr. 77 *εὖτέ μοι λευκαὶ μελαίνῃσ' ἀναμεμείξονται τρίχες.*

---

26) De ὑπερικταίνοντο, quod semel invenitur in Odyssea (ψ 3), vide A. Ludwich in N. Jahrb. f. Phil. 151 (1895) p. 1, qui veterum interpretationes ibi composuit. Hoc certe memorabile est Aristarchum (Apoll. Soph. 158, 9) et Cratetem (Et. M. 779, 10) verbum ab eadem stirpe esse derivandum censuisse, a qua ἀκταίνω pendet, quamquam de eius formatione illorum sententia eadem non fuit.

ἀνήλατος.] Eust. 1538, 50 (e Suetonii *περὶ βλασφημιῶν* libello: cf. Miller, Mélang. p. 419) . . . *ἀνήλατος* . . . *παρὰ Ἀνακρέοντι* (fr. 140) *ὁ ἀπειθής, ἀπὸ ὑποζυγίων*. Et. M. 106, 45 *ἀνήλατος· ἀπειθής. ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων· ὁ μηδέπω δαμασθεὶς ἢ ἐλασθείς*. Poetae igitur animo, qui hominem quendam dicto non parentem sic appellat, obversatur cogitatio iumenti nondum subacti.

ἄνητον.] Poll. VI 107 *Ἀνακρέων* (fr. 123) *δὲ* ... *στεφανοῦσθαί φησι* . . . *καὶ ἀνήτῳ* (*ἀνήττῳ* SF *ἀνύττω* A), *ὡς καὶ Σαπφὼ* (fr. 78) *καὶ Ἀλκαῖος* (fr. 36). *ἄνητον* aeolica est forma, ionica *ἄννησον* (Her. IV 71), attica *ἄννηθον* Ar. nub. 982 (*ἄνηθον* libri: em. Dind.).

ἀστράβη.] Notionis varietatem compositam habes apud Tzetz. Chil. IX 847 hanc:

ἀστράβη ξύλον ὄρθιον τοῖς δίφροις τῶν ἁρμάτων,
εἰς ὃ ἐπικεκύφασιν ἡνίοχοι ἐλῶντες.
ἀστράβη κλῆσιν δ' εἴληχε τοῖς παλαιοῖς ἀνδράσιν,
ὡς ἀστραβῆ καὶ ὄρθιον τὸν δίφρον τε τηροῦσα,
καὶ τὸν ἡνίοχον αὐτὸν τῷ μὴ παρολισθαίνειν.
ὅπερ οἱ βαρβαρώτεροι καὶ ἀστραπὴν καλοῦσι
καὶ ταύτην ἔγγιστα τροχῶν λέγουσι πεφυκέναι.
ἄλλοι δὲ βαρβαρώτερον ἐκ τῶν σοφῶν ἀνθρώπων
εἶδος τυγχάνειν ἅρματος λέγουσι τὴν ἀστράβην.
σὺ δὲ τοῦ δίφρου τὸ ὀρθὸν ξύλον ἀστράβην λέγε.
ἀστράβη καὶ ἡ σέλλα δὲ ὡς ἀστραβῆ τηροῦσα
τοῖς νώτοις ἐγκαθέζεσθαι τῶν ἵππων τὸν ἱππέα.

Haec ad optimos fontes redire nemo negabit. — Et. Sorb. (cf. Et. M. 159, 50 not.) *ἀστράβη·* . . . *εἰς Ἀνακρέοντα εὕρηται* (sic: cf. Philol. III 382) *καὶ ἀστραφὴ* (fr. 141) *καὶ ἐπὶ ὀχήματος, ἐφ' οἷ ἀσφαλῶς κάθηνται*. Sed forma, quam Anacreontis esse grammaticus vult, etymologia potius est vocabuli (cf. enim verba quae ibi antecedunt); non errabimus igitur, si *ἀστράβη* formam poetae tribuimus. Vocabulum, de curru adhibitum, hic primum invenitur. Lignum, quod in curru est, significat in hac Hesychii glossa (= fragm. tragic. inc. 210): *ἐπὶ στράβης ὄχημ' ἀκινδύνως φέρων·* . . . (. *πι στράβη* . . *χημα* cod.: em. Bergk). *ἐπ' ἀστράβης* quidem praefert Pierson (in Moer. p. 58), qua mutatione opus non erat, nam praeter *ἀστράβη* formam *στράβη* quoque in usu erat: cf. Hes. (= fragm. tragic. inc. 239) *μονοστραβὴς ὄχος· ἡμίονος*. Plaustrum est, cui mulus adiunctus est. Mulum enim quoque significat clitellarium. Hes. *ἀστράβη· τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναβατικῶν ὄνων, οἱ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον μὲν τὴν σωματηγὸν ἡμίονον οὕτως ἔλεγον· ἐνίοτε δὲ πάντα ἁπλῶς τὰ σωματηγοῦντα ὑποζύγια* (*ὑποζυγοῦντα* cod.: coni. Schmidt). Cf. B. A. I 454, 18; Eust. 1625, 40. Helladius Chrestomath. p. 16: *ὅτε τὴν ἡμίονον, ἐφ' ἧς ὀχούμεθα, ἀζύγου οὔσης, Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἀστράβην*. Dem. 21, 172 *ἐπ' ἀστράβης δ' ὀχούμενος ἐξ Ἀργούρας τῆς Εὐβοίας*

(ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας Σ). Cf. Harpocr. s. ἀστράβη. De mulo clitellario praeter Demosthenem legitur Lys. 24, 11: εἰ γὰρ ἐκεκτήμην οὐσίαν, ἐπ' ἀστράβης ἂν ὠχούμην, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἵππους ἀνέβαινον, et ibid. 12; Alciphr. II 3, 17 ἐπὶ τῆς ἀστράβης φέρου, Lucian. Lexiphan. 2: καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν τράμιν μαλακίζομαι ἐπ' ἀστράβης ὀχηθείς· ὁ γὰρ ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχε, καίτοι ἀσκωλιάζων αὐτός. — De ligno, quod mulo imponitur, usurpat Machaon apud Athen. XIII 582 c: ὦ τρισάθλιε ὀνηλάτ', εἰ μὴ θᾶττον ἐκστήσῃ ποτὲ ἐκ τῆς ὁδοῦ, τὰ γύναια ταυτὶ καταβαλῶ σὺν τοῖς ὀναρίοις, φησί, καὶ ταῖς ἀστράβαις. — Muli clitellarii imaginem habes velut apud Hartwig, Meisterschalen tab. LXIII, 1; cf. quoque ibid. p. 564.

αὐτάγητος.] Hes. αὐτάγητοι· ἀγάμεναι ἑαυτὰς καὶ θαυμαστικῶς ἔχουσαι ἑαυτῶν. Ἴων Ἀλκμήνῃ (fr. 8)· ἔνιοι δὲ αὐθάδεις. καὶ Ἀνακρέων (fr. 142) οὕτω κέχρηται. Passiva cum vi verbum simplex apud Homerum ubique in usu est velut *E* 787 εἶδος ἀγητοί de iis, qui propter corporis speciem admirandi sunt. Cf. Solon. 5, 3 οἳ δ' εἶχον δύναμιν καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί. — Permulta exstant eius per αὐτο- compositionis exempla, velut αὐθάδης (Aesch.), quod Aristoteles recte sic explicat ἠθικ. μεγαλ. I 29, p. 1192 b 32: τοὔνομα ἔοικεν ἀπὸ τοῦ τρόπου κεῖσθαι· ὁ γὰρ αὐθάδης αὐτοάδης (quod ex αὐτοϝάδης) τίς ἐστιν, ἀπὸ τοῦ αὐτὸς αὑτῷ ἀρέσκειν. Cf. Hes. αὐτώδης (contractum ex αὐτοάδης)· ὑπέρφρων, ἰδιογνώμων [27]). Accedant illius compositionis nonnulla exempla homerica: αὐτάγρετος, αὐτοδίδακτος qui ipse se docuit χ 347, αὐτοπρεπής; αὐτερέτης apud Thucydidem (I 10). In his quae attuli verbis compositis αὐτο- actionis cuiusdam originem exire indicat tantum ab eo, qui hanc efficit, cum oppositione certa verbis non expressa. αὐτάγητος igitur is est, qui in ipso admiratur, non in aliis.

βάρβιτος, μαγάδις, πηκτίς.] Athen. XIV 635 d: . . . ἀρχαῖόν ἐστιν ὄργανον ἡ μάγαδις, σαφῶς Πινδάρου (fr. 125) λέγοντος τὸν Τέρπανδρον ἀντίφθογγον εὑρεῖν τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον· τόν ῥα Τέρπανδρός ποθ' ὁ Λέσβιος εὗρε πρῶτος ἐν δείπνοισι Λυδῶν ψαλμὸν ἀντίφθογγον ὑψηλᾶς ἀκούων πηκτίδος. Athenaeus autem haec Pindari verba falso ita interpretatur, cum Terpandrum barbiton invenisse dicit ἀντίφθογγον τῇ παρὰ Λυδοῖς πηκτίδι τὸν βάρβιτον (πηκτίδος igitur in his Pindari verbis a voce ἀντίφθογγον pendere vult: cf. Boeckh. p. 617), atque rectius Aristoxenus animadvertit (cf. ibid. litt. b) Pindarum μάγαδιν (quod idem est atque πηκτίς: de quo v. infra) ea de causa nominavisse ἀντίφθογγον, quod binas simul chordas διὰ πασῶν [28]) distantes in eo

---

27) Vocabulum ita esse compositum sine ullo iure negavit I. Wackernagel, K. Z. XXVIII 130.

28) μαγαδίζειν = ‚in der Oktave spielen' dixit Arist. probl. XIX 18, p. 918 b 40; 39, p. 921 a 13.

pulsare liceret (cf. E. Graf, de Graecorum veterum re musica, p. 26). Barbitos igitur simillimus fuit magadidi, differunt autem haec instrumenta eo, quod barbiti chordae plectro, magadidos digitis pulsabantur. — Praeter Terpandrum alii quoque poetae Lesbiaci barbito usi sunt. De Alcaeo et Sappho hoc constat ex vasculo illo Monacensi (cf. Baumeister, III 1543), in quo ille amore inflammatus poetriam alloquens atque haec et ille barbiton ut suum instrumentum gerentes depicti sunt. De Sappho hoc confirmatur etiam Athenaeo teste IV 182 f: *τὸν γὰρ βάρωμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ* (fr. 154) *καὶ Ἀνακρέων* (fr. 143) *μνημονεύουσιν*; atque idem cum Anacreontem eius inventorem quoque fuisse censet (175 d: . . . *σαμβύκην. τοῦτο δὲ τὸ ὄργανον Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν α΄ Ὥρων εὕρημα εἶναι λέγει Ἰβύκου τοῦ Ῥηγίνου ποιητοῦ, ὡς καὶ Ἀνακρέοντος τὸ βάρβιτον*), hoc sic interpretandum est Anacreontem barbiton potissimum dilexisse: haec autem optime congruunt cum Critiae testimonio, qui poetam nominat (Athen. XIII 600 e) *αὐλῶν ἀντίπαλον*, *φιλοβάρβιτον*, et saepius sui instrumenti eum mentionem fecisse docent cantiunculae Anacreonticae, in quibus non semel tantum occurrit (cf. Bergk, Anacr. p. 251)[29]. Complura exstant illius organi nomina: praeter *βάρβιτος* (vel *βάρβιτον*: aeol. *βάρμιτος* Et. M 188, 21) etiam *βάρμος* (Athen. XIV 636 c) et *βάρωμος* (IV 182 f); quae varietas vocabulum non esse Graecae sed alienae originis satis indicat.

Eadem res est in magadide. Athen. IV 182 f: *Ἀριστόξενος δ' ἔκφυλα ὄργανα καλεῖ φοίνικας καὶ πηκτίδας καὶ μαγάδιδας*. Atque Lydorum[30]) quidem inventio est; cf. p. 634 f: *ἡ γὰρ μάγαδις ὄργανόν ἐστι ψαλτικόν, ὡς Ἀνακρέων φησί, Λυδῶν τε εὕρημα*. Redeunt autem haec ad ea verba, in quibus magadidem viginti chordarum esse instrumentum poeta dicit (p. 635 c = fr. 18):

ψάλλω δ' εἰκοσίχορδον μαγάδιν ἔχων[31]),
ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡβᾷς . . .

---

29) In Anacreontis patriae urbis nummis barbiti imago expressa invenitur: cf. Imhoof-Blumer, monnaies grecques p. 297 n° 133, et choix de monnaies grecques pl. IV 124.

30) Sed praeterea exstant duo veterum testimonia, quibus haec inventio etiam Thracibus tribuitur. Cf. Poll. IV 61: μαγάδιν δ' ὀνομάζει μὲν Ἀνακρέων, τὴν δὲ εὕρεσιν αὐτῆς Κάνθαρος Θρᾳξὶ προστίθησιν (μαγάδιν C μαγάδην B, μέγα δεῖν S, μάγα δ' εἰ(vel ἡ)ν F man. I, μήδην A). Quibuscum cf. Athen. XIV 636 f.: Δοῦρις δ' ἐν τῷ περὶ Τραγῳδίας ὠνομάσθαι φησὶ τὴν μάγαδιν ἀπὸ Μάγδιος Θρᾳκὸς γένος. Quorum sententia minime contemnenda, nam Phryges (h. e. Lydos) Thraciae gentis esse partem veteribus notum est. Cf. Strab. X 471, qui ex Aeschyli dramate Ἠδωνοί inscripto (fr. 57) orgia Cotyttoi Thraciae deae celebrata describens haec addit: ταῦτα γὰρ ἔοικε τοῖς Φρυγίοις· καὶ οὐκ ἀπεικός γε, ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέχθαι. Cuius Bacchicae religionis e Thracia in Phrygiam translatae exemplum habes in vocabulo Βασσαρίς feminarum deum comitantium nomine. De quo v. infra.

31) εἴκοσι χορδαῖσι libri: emend. Hartung et Wilam. Metrum fortasse sic restituendum. χείρεσσι ante ἔχων supplevit Wilam. — Dindorf non recte μαγάδην; ι est longa, ut in Sophocle apud Athen. p. 637 a: πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγάδιδες τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ, brevis in Diogenis fragmento (ibid. p. 636 b).

Athenaeus (l. c.) sic pergit: *διὸ καὶ τὰς Λυδὰς ψαλτρίας φησὶν εἶναι ὁ Ἴων ἐν τῇ Ὀμφάλῃ διὰ τούτων* (fr. 22)· *ἀλλ' εἶα, Λυδαὶ ψάλτριαι παλαιθέτων ὕμνων ἀοιδοί, τὸν ξένον κοσμήσατε.* — *μάγαδις* autem et *πηκτίς* idem est. Cf. Athen. p. 635 e: *πηκτὶς δὲ καὶ μάγαδις ταὐτόν, καθά φησιν ὁ Ἀριστόξενος καὶ Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τοῖς περὶ Τεχνιτῶν.* Alii quidem inter *μάγαδις* et *πηκτίς* discernendum esse persuasum habent (cf. p. 636 a b), sed contra Aristoxeni auctoritatem hoc nihil valet. Prima magadidos mentio facta esse videtur ab Alcmane, cui ut Lydio notissima fuit: fr. 91 *μάγαδιν δ' ἀποθέσθαι.* Cf. quoque ea, quae Herodotus de Alyatte Lydorum rege Milesiis bellum inferenti narrat (I 17): *ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων καὶ αὐλοῦ γυναικηίου τε καὶ ἀνδρηίου.* A Lydis igitur Graecorum in usum et consuetudinem venit magadis, imprimis autem Mytilenaeorum (Athen. p. 635 a): *Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων παλαιὸν μέν φησι τὸ ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, . . πλεῖστον δ' εἶναι τοῦτο τὸ ὄργανον ἐν Μυτιλήνῃ, ὡς καὶ μίαν τῶν Μουσῶν ἔχουσαν αὐτὸ ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ποιηθῆναι ἀρχαίου ἀγαλματοποιοῦ*, et Lesbia poetria prima ea usa est (p. 635 e): . . *Μέναιχμος ὁ Σικυώνιος ἐν τοῖς περὶ Τεχνιτῶν. καὶ τὴν Σαπφώ δέ φησιν οὗτος, ἥτις ἐστὶν Ἀνακρέοντος πρεσβυτέρα, πρώτην χρήσασθαι τῇ πηκτίδι* (quam ibidem, litt. b, eius 'inventricem' nominat). Cf. fr. 122 *πολὺ πακτίδος ἀδυμελεστέρα.* Anacreon pectidos duobus locis mentionem facit: fr. 17 . . *οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον, νῦν δ' ἁβρῶς ἐρόεσσαν ψάλλω πηκτίδα, τῇ φίλῃ κωμάζων † παιδὶ ἁβρῇ*[32]), et fr. 22 *Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν.* — Magadidos igitur nomen Lydiae originis est, et barbiti quoque nomen eodem redire non minus certum mihi est, *πηκτίς* autem graeca est eiusdem instrumenti denotatio. Cf. Strab. X 471: *καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται νάβλας* (*νάμβλας* codd: em. Casaub.) *καὶ σαμβύκη καὶ βάρβιτος καὶ μαγάδις καὶ ἄλλα πλείω.*

Βασσαρίς.] fr. 55 *Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες.* Et. M. 191, 3 *Βασσαρίδες· αἱ βάκχαι.* Derivatum autem est a *βασσάρα.* ibid.: *λέγονται βασσάραι χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι,* (addit Etym. Flor.:) *καλούμεναι οὕτως ἀπὸ τοῦ Βασσαρέως Διονύσου· ἦσαν δὲ ποικίλοι καὶ ποδήρεις. Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς* (fr. 59)· *ὅστις χιτῶνας βασσάρας τε Λυδίας ἔχει ποδήρεις*[33]). (Cf. B. A.

32) Athen. XIV 621 c (ubi scurrarum singula genera enumerantur): ὁ δὲ μαγῳδὸς καλούμενος τύμπανα ἔχει καὶ κύμβαλα (organa igitur in Cybeles cultu usitata) καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτὸν ἐνδύματα γυναικεῖα· σχινίζεται δὲ καὶ πάντα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου, ὑποκρινόμενος ποτὲ μὲν γυναῖκας μοιχοὺς καὶ μαστροπούς, ποτὲ δὲ ἄνδρα μεθύοντα καὶ ἐπὶ κῶμον παραγινόμενον πρὸς τὴν ἐρωμένην. — μαγῳδός autem μαγαδῳδός est, hyphaeresi syllabica correptum (cf. Crusius in Philol. 53, 543). Item μαγῳδή· ὄρχησις ἁπαλή (Hes.). Athenaei descriptionem cum Anacreontis verbis optime congruere vides: psalterium igitur in comissationibus apud Iones asiaticos erat vulgare.

33) Huc redit, quod Pollux dicit VII 59: Λυδῶν δὲ χιτών τις βασσάρα,

I 222, 26 et Hes. s. v.) Falsum hoc tantum est, quod etymologus Bacchas a deo sic nominatas esse putat: res potius haec est, ut vocabulum *Βασσαρεύς* item a *βασσάρη* pendeat. Rectius igitur de eo iudicat schol. Pers. sat. I 101: Bassarides omnes bacchae dictae sunt, sed et ipse Liber pater ab ea veste talari qua utitur, quam Thraces bassarin vocant. quidam a vulpibus, quarum pellibus bacchae succinguntur. vulpes Thraces bassares vocant. — Haec igitur veterum quae attuli grammaticorum testimonia Thracum et Lydorum (vel rectius Phrygum) communem quendam morem indicant, Bacchi numen ab utraque gente simili ritu celebratum, quod cum aliunde quoque notum sit (cf. Strab. X 471: v. etiam Rohde, Psyche p. 300), in dubium vocare non licet. Bacchicae autem religionis origo cum externa sit, *βασσάρη* quoque Graecum vocabulum esse non potest. Cyrenaeorum esse vocem etymologus quidem dicit (Et. M. 190, 58): *λέγεται βάσσαρος ἡ ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον ὑπὸ Κυρηναίων.* Sed apud Herodotum (IV 192) alia forma legitur *βασσάριον*, deinde ex eius verbis minime apparet Cyrenaeos vulpem sic nominavisse. Apud Hesychium quidem hae exstant glossae: *βασσάρη* (*βασσαρίς* cod.: em Schmidt)· *ἀλώπηξ παρὰ Κυρηναίοις*, et *βασσάρ*[*ε*]*ια· τὰ ἀλωπέκ*[*ε*]*ια οἱ Λίβυες λέγουσιν* (ad Herodotum redit), sed hoc minime dubium esse potest, quin Herodotus hoc loco (in Libycarum regionum descriptione) vocabulo, quod ex ipsius sermone ei notum erat[34]), usus sit (quod etiam in crocodili nomine fecit, II 69, Hecataeum secutus: cf. Euseb. praep. ev. X 3 p. 466 b). Immo vero a voce Thracum in sermone usitata, quae vulpem significabat, et inde cum Bacchi cultu ad Phryges translata originem ducit *βασσάριον*. *βασσάραι* igitur sunt Baccharum vestes vulpium pellibus ornatae. Atque Thraces vulpina pelle capitis tegumento usos esse dicunt Herodotus (VII 75 *Θρήικες δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσιν ἀλωπεκέας ἔχοντες ἐστρατεύοντο*) et Xenophon (An. VII 4, 4 *οἱ Θρᾷκες τὰς ἀλωπεκᾶς ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι καὶ τοῖς ὠσί* . .); utriusque autem testimonium optime confirmatur artis monumentis. Cf. velut vasculum illud Gelae repertum, de quo egit Furtwängler l. c., ubi Thraces Orpheum canentem audientes hoc tegumentum habere vides; in anaglypho pulcherrimo illo Neapolitano (Baumeister II 1121) Orpheus ipse *ἀλωπεκῆν* gerit[35]). — Sed ad Anacreontis verba redeamus.

Διονυσιακός, ποδήρης. — Cf. Prop. III 17, 29: *candida laxatis onerato* (Baccho) *colla corymbis cingit Bassaricas Lydia mitra comas.*

34) Fortasse Aeschyli tetralogia Lycurgea ei obversata est, eam enim propter res, quae ibi agebantur, insignes permultis notissimam fuisse Aristophanes testis est, qui versum ex ea reddit (Thesm. 135). Praeterea inde a priore fere saeculi quinti dimidia parte Athenis accuratam Thraciorum morum notitiam pervulgari coeptam esse vascula docent attica, quibus non semel tantum Thracum vestimentum depictum invenitur (cf. Furtwängler, 50. Berl. Winckelmannsprogr. 1890, p. 159). — Non probari autem potest, quod de vocabulo dixit G. Meyer in Bezz. Beitr. XX 120. Kopt. bašor, quod idem (et ante eum Lagarde, ges. Abdandl. p. 279) profert, e graeco sermone sumptum esse videtur.

35) Exempla huius Bacchicae vestis talaris pantherae pellibus ornatae in

Βασσαρίδες igitur dictum de feminis, quae deum comitantur, primum apud eum invenitur. Praetera alia forma *βασσάρα* frequentabatur (cf. Eust. 989, 31 *βασσάραι μὲν αἱ εἰρημέναι τοῦ Διονύσου τροφοί*), quae Anacreonti quoque nota fuit, nam dicit (hoc tantum loco verbum invenitur) fr. 63, 6 *ὡς ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω*; quod cum idem sit atque *ἀναβακχεύω*, constat etiam translatam substantivi vim (= *βάκχη*) eius tempore iam usitatam fuisse. Aeschylus tetralogiam composuit, qua tantum res, quae ad Bacchi personam et cultum pertinebant, actae esse videntur: *Ἠδωνοί, Βασσάραι, Νεανίσκοι, Λυκοῦργος. Βασσαρίδες* quidem praefert schol. Ar. Thesm. 135, qui fabularum ordinem servavit, sed plerique testes alteram formam perhibent: cf. Nauck p. 9 [36]). Amplificatam vocabuli notionem habes apud Lycophr. 769: *ὄψεται δὲ πᾶν μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάστατον μύκλοις γυναικόκλωψιν. ἡ δὲ βασσάρα, σεμνῶς κασωρεύουσα κοιλανεῖ δόμους θοίναισιν ὄλβον ἐκχέασα τλήμονος.* schol. *βασσάρα . . ., καὶ ἡ Βάκχη, νῦν δὲ ἡ πόρνη . . . λέγει δὲ τὴν Πηνελόπην.* Cf. v. 1393. Et. M. 190, 52 *βασσάρα· σημαίνει κυρίως τὴν βάκχην, ὡς Ὠρίων λέγει. ἀπὸ τούτου δὲ ἡ κατωφερὴς καὶ πόρνος γυνὴ εἴρηται βασσάρα.* Maxime autem apud Nonnum (ibique genuina cum vi) *Βασσαρίς* adhibetur: XX 239 *θεράπαινα . . . Διονύσου Βασσαρίς*, XIV 219 *Βασσαρίδες . . . Διωνύσοιο τιθῆναι.* Cf. XIV 395, XV 152, VIII 11; XXXV 225 adiect. *Βασσαρίδος στρατιῆς.*

βλέπω.] fr. 4, 1 *παρθένιον βλέπων*; 75, 1 *με λοξὸν ὄμμασιν βλέπουσα.* Vetustissima haec sunt vocabuli exempla; nam in carminibus epicis *δέρκομαι* tantum in usu est, quod etiam Ibycus praetulisse videtur (fr. 2, 1): *τακέρ' ὄμμασι δερκόμενος.* Semel omnino invenitur apud Pindarum N. IV 39 *φθονερὰ . . βλέπων* (qui *γλέφαρον* semper dixit), apud poetas tragicos cum accusativo pro adverbio posito coniunctum paucis tantum locis exstat (Aesch. Sept. 481 *φόβον βλέπων*, So. O. R. 419 *βλέποντα νῦν μὲν ὄρθ' ἔπειτα δὲ σκότον*, Eur. Alc. 773 Hercules: *τί σεμνὸν καὶ πεφροντικὸς βλέπεις*); quam locutionem cum saepissime adhibeatur a poetis comicis, e vulgari sermone esse sumptam satis constat [37]).

γηραλέος.] fr. 43, 2 *γηραλέοι δ' ὀδόντες*, h. e. *γηραιοί*, senectute hebetes, obtusi. Homerus *γῆρας, γηράσκω* tantum habet. *γηραιός* legitur velut Hes. Op. 378, Pind. P. IV 157, Her. III 64, VI 107. *γηραλέος* autem modo a poetis adhibetur: Pind. P. IV 121 *δάκρυα γηραλέων γλεφάρων*, Aesch. Pers. 171 *σύμβουλοι λόγου τοῦδέ μοι γένεσθε, Πέρσαι, γηραλέα πιστώματα.* B. A. I 371 *Κρατῖνος Νόμοις· ἢ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι, σκήπτροισιν ἄκασκα* (h. e. *ἥσυχα*) *προβῶντες.*

---

vasculis habes; cf. Baumeister I p. 434, ubi Bacchus eam gerit; Wien. Vorlegebl. 1889, tab. III 2, ubi Baccha eam induit.

36) Βάσσαροι, qui item dei comites sunt, commemorantur in fabulosa narratione apud Porphyr. abst. II 8.

37) Quod hodie solum in lingua graeca regnat (Wilam.).

γονύκροτος.] Eust. 932, 1 (e Suetonii *περὶ βλασφημιῶν* libello): *καὶ ὅτι τοὺς οὕτως ἴζοντας ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας καὶ γονυκρότους τηνικαῦτα δριμέως ἐστὶ προσειπεῖν, καθὰ καὶ οἱ παλαιοὶ δηλοῦσιν, ἐν οἷς φασίν, ὅτι γονύκροτοι οἱ βλαισοί. Ἀνακρέων δὲ κέχρηται καὶ ἐπὶ δειλῶν* (fr. 144); Hes. *γονύκροτοι· ἤτοι βλαισοί, οἷς τὰ γόνατα συγκρούει. ἢ δειλοί. ὑπὸ γὰρ δέους ἔσθ' ὅτε συγκρούουσι τὰ γόνατα.* — Cf. Arist. physiogn. p. 808 a 13, 810 a 34 *γονύκροτοι* cinaedi vocantur, quibus genua trepidant; hist. anim. IV 11 p. 538 b 10: *καὶ ὑγροσαρκότερα δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων καὶ γονυκροτώτερα, καὶ αἱ κνῆμαι λεπτότεραι*, ubi cruris infirmitatem omnino significat. — Anacreon cum irrisione nova dixit de imbellibus.

δαμάλης.] fr. 2, 1 *δαμάλης Ἔρως*. Cf. Hes. *δαμάλην· τὸν Ἔρωτα. ἤτοι τὸν δαμάζοντα ἢ ἀγέρωχον.* Deum significat hominum mentes vinculis astringentem.

διοσκέω.] fr. 3, 3 *Κλεόβουλον δὲ διοσκέω*: integra lectio in codicibus corrupte tradita a Bergkio restituta ex Hesychii glossa *διοσκεῖν* (*διόσκειν* cod.: emend. Dind. Lobeck)· *διαβλέπειν συνεχῶς τὴν ὅρασιν μεταβάλλοντα.* Reliquae interpretationes duae huc non pertinent. Ex *δι-οπ-σκέω* ortum esse Wilamowitz putat.

δίτοκος.] Poll. III 49: *Ἀνακρέων δὲ δίτοκον τὴν δὶς τεκοῦσαν* (fr. 145); ibid. *τὴν δὲ μὴ τίκτουσαν στερίφην ἐρεῖς, ἄγονον, ἄτεκνον, ἄτοκον καθ' Ἡρόδοτον* (V 41).

ἐθελόπορνος.] fr. 21, 5 *ἐθελοπόρνοισιν ὁμιλέων ὁ πονηρὸς ἱ Ἀρτέμων*; dicitur de eo, qui sponte sua, nulla necessitate coactus, corpus suum prostituit et quaestui habet. — Vocabula ita composita, Graecorum linguae propria sunt et saepius inveniuntur, in cotidiano autem sermone imprimis usitata fuisse videntur. Exempla nonnulla afferre volo. — Her. I 127 *οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεόν τε καὶ ἔφευγον*, de militibus, qui de industria ignave pugnant; V 78 *δηλοῖ ὧν ταῦτα ὅτι κατεχόμενοι μὲν ἐθελοκάκεον* (sponte mali erant), *ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι* (Athenienses), et saepius. — Thuc. III 70 *ἦν γὰρ Πειθίας ἐθελοπρόξενός τε τῶν Ἀθηναίων* (*μὴ κελευσθεὶς ἐκ τῆς πόλεως* schol.). — Plat. symp. 184 c *ἐθελοδουλεία* voluntaria servitus; reip. VIII 562 d: *τοὺς δέ γε τῶν ἀρχόντων κατηκόους προπηλακίζει ὡς ἐθελοδούλους.* — *ἐθέλεχθρος*, inimicitiarum amans, dixit Cratinus: cf. Poll. III 64. — Et. M. 299, 30: *σημειοῦται παρὰ Κράτητι τὸ ἐθελόσυχνος, ἀπὸ τοῦ ἐθέλω· σημαίνει δὲ τὸν θέλοντα συχνάζειν.* — Xen. Cyrop. II 1, 22 *ἑαυτὸν παρέχειν εὐπειθῆ τοῖς ἄρχουσι καὶ ἐθελόπονον καὶ φιλοκίνδυνον.* — Hes. *ἐθελοκωφῶν· ἐθελόντως κωφεύων.*

ἐκκωφέω.] fr. 81 *αἱ δέ μεο φρένες ἐκκεκωφέαται. καὶ παραβέβλαπται* addit Et. M. 322, 26. Proprie est 'surdum reddo', pass. 'obsurdesco'. Ar. eq. 312: *ὅστις ἡμῶν τὰς Ἀθήνας ἐκκεκώφηκας βοῶν* (*βοῆς ἐπλήρωσας τὰς ἀκοάς* schol.). Plat. Lys. 204 c: *ἡμῶν γοῦν, ὦ Σώκρατες, ἐκκεκώφηκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος.* Lucian. Tim. 2: *λημᾷς δὲ καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γινόμενα καὶ*

τὰ ὦτα ἐκκεκώφησαι καθάπερ οἱ παρηβηκότες. Translate autem dixit Eur. Or. 1287 ἆρ' ἐς τὸ κάλλος ἐκκεκώφηται ξίφη, h. e. obmutuerunt gladii (cf. schol.).

ἐμμελέως.] fr. 40 σὲ γάρ φη Ταργήλιος ἐμμελέως δισκεῖν, h. e. Targelius dicebat te lepide disco iacere. διοσκεῖν pro δισκεῖν Cobetus legi vult: tum ἐμμελέως quoque esse mutandum, quia cum διοσκεῖν coniungi non potest, apparet. Et Heckerus quidem coniecit ἐμμενέως. Sed cur ita legendum sit, certe nemo ostendere poterit; haec igitur verba quid valeant cum dubium esse non possit, integra existimanda sunt. — ἐμμελέως ὠρχεῦντ' Sappho (fr. 54) dixit de puellis Creticis circum aram in numerum saltantibus, h. e. εὐρύθμως 'im Takt'. Cf. Anacr. fr. 122 πηκτίδων ἐμμελεστέρα; sed utrum ad hunc an ad Sappho referenda sint incertum est. Translate ut fr. 40 dictum est etiam apud Simonidem (fr. 5, 8): οὐδέ μοι ἐμμελέως (h. e. apte) τὸ Πιττάκειον νέμεται, et apud Platonem (legg. VI 757 a): ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς.

ἐπίβωτος.] α 378, β 143 θεοὺς ἐπιβοήσομαι. schol. ἐπιμαρτύρομαι, ἐπικαλέσομαι. Cf. Hes. ἐπιβοῶνται· ἐπικαλοῦνται. Prorsus aliam vim habet adiectivum velut apud Anacr. fr. 60 καί μ' ἐπίβωτον κατὰ γείτονας ποιήσεις. Ammonius quidem, qui haec verba servavit, sic interpretatur (p. 42 Valcken.): διαβόητος καὶ ἐπιβόητος διαφέρει· διαβόητος μὲν γάρ ἐστιν ὁ ἐπ' ἀρετῇ ἐγνωσμένος· ἐπιβόητος ὁ μοχθηρὰν ἔχων φήμην. Sed haec distinctio nimiam redolet artem: utrumque potius vocabulum significat eum, qui omnium in ore, omnibus notus est, et in bonam et in malam partem adhibetur. De ἐπιβόητος cf. Poll. VI 206 et V 159, de διαβόητος Hes. s. v.: ἐπὶ καλῷ φήμην ἔχων, ἢ κακῷ. Apud Anacreontem quidem in malam partem dictum est, nam ex carmine ludicro desumpta esse videntur haec verba; eandem vim habet apud Asclepiadem A. P. V 150, ubi famosa meretrix nominatur ἡ 'πιβόητος Νικώ. 'Notus' est: Aeschr. apud Athen. VIII 335 c: ἐγὼ Φιλαινὶς ἡ 'πίβωτος ἀνθρώποις, Thuc. VI 16 (Alcibiades): καὶ προσήκει μοι μᾶλλον ἑτέρων, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄρχειν . . ., καὶ ἄξιος ἅμα νομίζω εἶναι. ὧν γὰρ πέρι ἐπιβόητός εἰμι, τοῖς μὲν προγόνοις μου καὶ ἐμοὶ δόξαν φέρει ταῦτα, τῇ δὲ πατρίδι καὶ ὠφελίαν.

ἐράσμιος.] Hes. ἐράσμιον· ἐπίδοξον, ἐπέραστον, ἀγαπητόν, ἐπιθυμητόν. — Semon. 7, 52 κείνῃ γὰρ οὔτι καλὸν οὐδ' ἐφίμερον πρόσεστιν οὐδὲ τερπνὸν οὐδ' ἐράσμιον; Anacr. fr. 20 ἐρασμίην ἐς ἥβην [38]), Anacreont. 14, 1 ἐρασμίη πέλεια. Aesch. Ag. 583 ἥκειν ὅπως τάχιστ' ἐράσμιον πόλει. — Plat. Phaedr. 250 d: νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν, ὥστ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον, reip. III 402 d: καὶ μὴν τό γε κάλλιστον ἐρασμιώτατον; Xen. conv. 8, 36 τῷ τὴν ψυχὴν ἐρασμίῳ.

---

38) Metrum: – – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ – ⏓ . Aliud huius versus asclepiadei exemplum non exstat. Ceterum cf. Heph. p. 35 W.

εὐέθειρος.] fr. 76 *κλῦθί μεο γέροντος εὐέθειρα* [39] *χρυσόπεπλε κοῦρα*, h. e. quae pulchris capillis es; alio loco non invenitur. *χρυσόπεπλος* nominatur *Κλειώ* a Simonide apud Plut. mor. 402 d (verba corruptissime tradita: tamen hoc certum est), Pind. I. VI 75 *χρυσοπέπλου Μναμοσύνας*. Utrumque vocabulum elatioris orationis signum prae se fert. Recte de hoc fragmento dicit Fischer (Anacr. p. 387): 'coniunxit autem poeta duo epitheta deinceps, ut laudaret insignem puellae venustatem, quo eam obsequiosiorem et faciliorem redderet'. Senex enim poeta puellam alloquitur.

εὐμενής.] h. Hom. XXI 7 *εὐμενὲς ἦτορ ἔχων*. Alio loco haec locutio non redit. — Anacr. fr. 2, 6 *σὺ δ' εὐμενὴς ἔλθ' ἡμίν*, propitius; Pind. P. II 25 *εὐμενέσσι παρὰ Κρονίδαις*.

ἤγανον.] Hanc esse formam ionicam dicit Athen. VI 229 b. Saepissime autem praeter Anacreontem (fr. 26) comici poetae hoc vocabulo usi sunt: cf. Athen. VI 228 e, III 108 c.

ἡδυμελής.] Apud Homerum *ἡδυεπής* legitur (A 248 de Nestore). h. Hom. XX 4 de Apolline, XXXII 2 Musae nominantur *ἡδυεπεῖς κοῦραι Διός*. — *ἡδυμελής* autem Anacreon dixit de hirundine veris praenuntia, quam et *χαρίεσσαν* ibidem (fr. 67) nominat. Cf. Anacreont. 20 *ἡδυμελὴς Ἀνακρέων, ἡδυμελὴς δὲ Σαπφώ*. Pind. O. VII 11 *ἁδυμελεῖ φόρμιγγι*; So. apud Athen. XIV 637 a: *πηκταὶ δὲ λύραι καὶ μαγάδιδες, τά τ' ἐν Ἕλλησι ξόαν' ἡδυμελῆ*. Meleag. A. P. V 140 *ἡδυμελεῖς Μοῦσαι σὺν πηκτίδι*.

ἥδω.] Poll. III 98 . . . *τὸ γὰρ ἥδων Ἰωνικόν, καὶ τὸ ἧσε* (sic AC: *ἧδε* rel.) *σπάνιον μὲν παρ' ἡμῖν, Ἀνακρέων δὲ αὐτὸ εἴρηκεν* (fr. 148), *Ἴων καὶ ποιητὴς ἀνήρ*. Ex ionica dialecto vocabulum transiit in communem. *Plat. Axioch. 366 a . . . *τὸ δὲ σκῆνος τοῦτο πρὸς κακοῦ περιήρμοσεν ἡ φύσις, ᾧ τὰ μὲν ἥδοντα ἀμυχιαῖα καὶ πτηνὰ καὶ πλείοσιν ὀδύναις ἀνακεκραμένα, τὰ δὲ ἀλγεινὰ ἀκραιφνῆ καὶ πολυχρόνια καὶ τῶν ἡδόντων ἄμοιρα*; Demetr. Sceps. apud Athen. IV 155 b *ἧσε τὸν βασιλέα*. — Hes. *ἥδει· τέρπει. ἥσας· ἡδύνας . . . ἢ χάριν ἐποίησας* (sc. *ἧσας*). Vocabuli e vulgari sermone sumpti notio omnibus locis eadem est.

θωμίζω.] fr. 21, 8 *νῶτον σκυτίνῃ μάστιγι θωμιχθείς*. Hes.

---

39) Schol. Theocr. 1, 34 ἄνδρες καλὸν ἐθειράζοντες· κομῶντες τὰς τρίχας, οὐ γενειῶντες, ὥς τινες. ἔθειρα γὰρ ἡ τῆς κεφαλῆς θρίξ, ὅθεν Ἀρίσταρχος (Ἀριστοτέλης codd.: em. Lehrs) ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψε (π 176)· 'κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον', οὐκ 'ἐθειράδες'. Aristarchus igitur, quia ἔθειρα de capillo, non de barba dici vidit, ἐθειράδες, quod 'nonnullos' scripsisse commemorat Et. M. 225, 55, improbandum esse putavit. Rectius animadvertisset ἔθειρα apud Homerum tantum de equorum iuba vel de galeae crista ex ea facta in usu esse. Homeri verba imitatur Apollonius Rhodius (I 474): δεύετο δ' οἴνῳ χείλεα κυάνεαί τε γενειάδες. ἐθειράδες illatum esse videtur ab iis, qui in duobus his vocabulis ab eadem stirpe derivandis eodemque versu positis (γενειάδες, γένειον) offendebant. — ἔθειρα de coma dictum semel invenitur apud Pindarum (I. V 9); saepius apud tragicos.

θωμιχθείς· μαστιχθείς. Phot. *θωμίζει· τῷ κέντρῳ ἐρεθίζει καὶ τὸ μαστίζει.*

ἱπποθόρος.] fr. 35 *ἱπποθόρων δὲ Μυσοὶ εὗρον μεῖξιν ὄνων.* Hes. *ἱπποθόρος· ὄνος ἵππους βιβάζων.* — Translate quoque usurpatur. Cf. Hes. *ἱπποθόρον ἥβην· τὴν μεγάλην ἐποχείαν. θρώσκειν,* id est 'inire, coire', Aeschylus dixit Eum. 650 *τίκτει ὁ θρώσκων.* Hes. *θρώσκων κνώδαλα· ἐκθορίζων καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ* (fr. 15).

ἱπποπείρης.] fr. 75, 6 *δεξιὸν γὰρ ἱπποπείρην οὐκ ἔχεις ἐπεμβάτην. ἱπποπείρην* libri, *ἱπποσείρην* Bergkius scripsit, qui editionis Aldinae lectionem recepit; qua immutatione opus non erat, nam *ἱπποπείρης* dictum de eo, qui equum moderari scit, allegoriae, quam spectat poeta, optime respondit. *ἕξεις*, quod tres codices (AB Oxon.) tradunt, ferri non potest, nam poeta praesentem quendam statum describit, puellae ipsum contemnentis superbiam, quam sese facile coercere posse dicit.

ἴτριον.] Athen. XIV 646 d: *ἴτριον πεμμάτιον λεπτὸν διὰ σησάμου καὶ μέλιτος γινόμενον. μνημονεύει αὐτοῦ Ἀνακρέων οὕτως* (fr. 17)· *ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς, . . . Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν* (1092)· *πλακοῦντες, σησαμοῦντες, ἴτρια. Σοφοκλῆς Ἔριδι* (fr. 189)· *ἐγὼ δὲ πεινῶσ' αὖ πρὸς ἴτρια βλέπω.* Primum autem invenitur apud Solonem (38, 1): *πίνουσι καὶ τρώγουσιν, οἱ μὲν ἴτρια, οἱ δ' ἄρτον αὐτῶν, . . .* Hes. *ἴτρια· δῶρα. κλάσματα. ἢ καπυρώδη πλάσματα [ἢ τὰ ὑπογάστρια]. πέμματά τε καὶ τραγήματα.* Cf. Poll. VI 78.

κάδος.] Primum legitur apud Archilochum (fr. 4, 1): *ἀλλ' ἄγε σὺν κώθωνι θοῆς διὰ σέλματα νηὸς φοίτα καὶ κοίλων πώματ' ἄφελκε κάδων.* Hoc igitur loco dolium denotat. Eandem vim habet Her. III 20: Cambyses Aethiopibus mittit *φοινικηίου οἴνου κάδον.* Athen. XI 473 b *Κλείταρχος δ' ἐν ταῖς Γλώσσαις τὸ κεράμιόν φησιν Ἴωνας κάδον καλεῖν* (cf. Hes. s. v. et B. A. I 268, 18). — Deinde urceum significat Anacr. fr. 17 *ἠρίστησα μὲν ἰτρίου λεπτοῦ μικρὸν ἀποκλάς, οἴνου δ' ἐξέπιον κάδον*[40]). Cf. quoque Epigenis verba, quae affert Athenaeus XI 472 e: *κρατῆρες, κάδοι, ὁλκεῖα, κρουνεῖα*; et duo Hedyli epigrammata, quae ibidem leguntur. — Cf. Poll. X 71: *Φιλόχορος δὲ ἐν τῇ Ἀτθίδι παρὰ τοῖς παλαιοῖς φησὶ τὸν ἀμφορέα καλεῖσθαι κάδον καὶ τὸ ἡμιαμφόριον ἡμικάδιον. Ἐπίχαρμος μέντοι ἐν Φιλοκλίνῃ* (p. 296 Lor.) *διακρίνειν ἔοικε κάδον καὶ ἀμφορέα, εἰπών· οὔτ' ἐν κάδῳ † δηλοίμην οὔτ' ἐν ἀμφορεῖ.* Porro *κάδος* vas quoque proprie nominatur, quo aqua hauritur B. A, I 411, 32 *ἀνυδρεύσασθαι· ἀντλῆσαι ὕδωρ. κατάχεον αὐτῆς*

40) Errat Athenaeus, qui κάδον poculum interpretatur p. 472 e: Σιμμίας ποτήριον, παρατιθέμενος Ἀνακρέοντος· κτλ. — Simili modo cibi exiguitati cerevisiae multitudo iocose opponitur in illa cantilena lituanica, cuius in fine haec sunt:

sie schmausten den Sperling in guter Ruh
und tranken drei Fässer des Bieres dazu.

κἀνύδρευσαι τὸν κάδον. Κοριαννοῖ Φερεκράτης. Etiam de urna, in quam suffragia coniciuntur, usurpatur. Ar. av. 1032 *οὐκ ἀποίσεις τὼ κάδω;* (cf. schol.). Erravit igitur Ammonius (p. 79 Valck.), quia inter *κάδος* et *καδίσκος* ita esse discernendum putavit: *κάδος μὲν λέγεται, ᾧ ἐκ τοῦ φρέατος ἀντλῶσι τὸ ὕδωρ· καδίσκος δὲ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς ψήφους ἐμβάλλουσιν* (cf. Poll. VIII 17). Praeterea deminutivum quoque *καδίσκος* de urceo in usu est: Poll. X 70 *Κρατῖνος δ' ἐν Πυτίνῃ· τοὺς μὲν ἐκ προχοιδίου, τοὺς δ' ἐκ καδίσκου.* Postremo *κάδος* vas quodvis est: So Rhizot. fr. 491 *ὀπὸν . . . χαλκέοισι κάδοις δέχεται* (sc. Medea: cf. Macrob. sat. V 19, 9); Poll. X 185 *Ἀριστοφάνους ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ εἰπόντος· ἀλλ' εἰς κάδον λαβών τιν' οὔρει πίττινον.*

κάθερμα.] fr. 21, 10 *χρύσεα καθέρματα*, h. e. monilia. Simplex apud Homerum bis exstat. *Ξ* 182 *ἐν ἕρματα ἧκεν ἐυτρήτοισι λοβοῖσιν*, *σ* 297 *ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε· . . . ἕρματα δ' Εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν.*

κάθοδος.] fr. 43, 6 *ἀργαλῆ δ' ἐς αὐτὸν κάθοδος* (sc. in Tartarum). Hoc loco ‚descensus' est; valde igitur differt ab usitata huius vocabuli notione: nam de reditu saepissime invenies, sed nullo alio loco nisi ab Anacreonte in vetustiore lingua Graeca sic usurpatum esse videtur. Arist. part. an. IV 11 p. 690 b 30 *τῶν ἐδεστῶν ἐν τῇ καθόδῳ ἡ ἡδονή* (‚beim Hinunterschlucken'). Lucian. dial. mort. 27, 1 *Ἀντίσθενες καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν, ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσαντες, ὀψόμενοι τοὺς κατιόντας, οἷοί τε εἰσι καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ;* Plut. Is. et Os. 69 *ὡς διὰ τὴν τῆς κόρης κάθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης.* Cf. praeterea Wyttenbach ad Eunap. Vol. II p. 128.

καλλιλαμπέτης.] fr. 27 *ἥλιε καλλιλαμπέτη*, pulcre lucens. *λαμπετάω* et *Λαμπετίη* Homerus habet. — Femininum legitur apud Lucian. tragod. 103 *λαμπέτις ἠώς.*

Καρικοεργής.] Strab. XIV 661: *τοῦ δὲ περὶ τὰ στρατιωτικὰ ζήλου τά τε ὄχανα ποιοῦνται* (*οἱ Κᾶρες*) *τεκμήρια καὶ τὰ ἐπίσημα καὶ τοὺς λόφους· . . Ἀνακρέων μὲν γάρ φησιν* (fr. 91)*· διὰ δεῦτε Καρικοεργέος ὀχάνου χεῖρα τιθέμενοι.* — Alia vocabula eodem modo formata affert Athenaeus XI 486 c.

κάσις.] Pluribus de hoc vocabulo dicendum esse mihi videtur, quia falsae a viris doctis de eo sententiae prolatae erant, priusquam etymologia inventa est, neque genuina eius vis adhuc perspecta est. — Initium faciamus ab Homero. Apud eum *κάσις* omnino non invenitur, sed *κασίγνητος, κασιγνήτη.* Atque *κασίγνητος* duplicem habet vim. Primum enim significat fratrem eumque germanum iisdem parentibus natum, velut ut hunc unum locum commemorem: *Z* 429 *Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ ἠδὲ κασίγνητος.* Sed additur quoque *ὄπατρος* *M* 371: *καί οἱ* (Aiaci) *Τεῦκρος ἅμ' ἦε κασίγνητος καὶ ὄπατρος*, ibique de fratribus dicitur, quorum pater idem est, sed non mater. Idem esse videtur hoc quoque loco: *Λ* 257 *ἤτοι ὁ*

Ἰφιδάμαντα κασίγνητον καὶ ὄπατρον ἕλκε ποδός. Item additur simile quid ad matrem pertinens: Ω 47 κασίγνητον ὁμογάστριον, ubi κασίγνητος accuratius sic circumscribitur, et Τ 293 τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ, qua appositione Briseidos animi commotio magis exprimatur. Helena autem cum dicit Γ 236: δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν, Κάστορά θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα, αὐτοκασιγνήτω, τώ μοι μία γείνατο μήτηρ, poeta his verbis indicare videtur utrumque Helenae esse fratrem eadem matre natum, sed patrem non esse eundem; Tyndari igitur esse filios Castora et Pollucem esse vult (cf. λ 298: Helena autem ab Homero ubique Iovis filia nominatur, cf. Γ 426, δ 227. 569). αὐτοκασίγνητος, quo poetam usum esse κατά τινα ἐνδιάθετον ἐπίτασιν Eustathius recte animadvertit (p. 410, 39), apud Homerum et de fratribus dicitur iisdem parentibus natis (item igitur atque κασίγνητος), et de iis quorum mater tantum eadem est: cf. Apoll. Soph. 47, 27. — Deinde κασίγνητος latiore sensu dicitur de consanguineo. Ο 545: Ἕκτωρ δὲ κασιγνήτοισι κέλευσεν πᾶσι μάλα· schol. A ὅτι κασίγνητοι κοινότερον οἱ συγγενεῖς. σημειοῦνται γάρ τινες ὅτι τοὺς ἀνεψιοὺς κασιγνήτους ἐκάλουν; et schol. Townl.: . . . τινὲς δὲ ἔτι καὶ νῦν παρ' Ἴωσι τοὺς συγγενεῖς κασιγνήτους ⟨φασὶ⟩ καλεῖσθαι. ὁμοίως δέ φησι καὶ τὸ ‚ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε τύμβῳ τε στήλῃ τε' (Π 674). — κασιγνήτη apud Homerum semper germanam sororem significat et αὐτοκασιγνήτη, quod semel ibi exstat κ 137 Κίρκη αὐτοκασιγνήτη Αἰήταο. — Non probare autem possum sententiam, quam protulit Fick (Curt. Stud. VIII 313) et qui eum secutus est Delbrück (d. idg. Verwandtschaftsnamen = Abhandl. sächs. Ges. d. Wiss. XXV p. 467), qui volunt αὐτοκασίγνητος esse 'aus demselben Schoosse geboren'. Nam neque in verbis homericis ita compositis αὐτο- hanc habet notionem, ut 'idem' significet, neque vocabuli κασίγνητος hanc esse genuinam vim alicunde apparet. Prorsus falsa autem est utriusque sententia vetustissimam vocabuli formam esse αὐτοκασίγνητος, ex qua aliae κασίγνητος et κάσις amputatae sic ortae sint:

αὐτο-κασί-γνητος [41]), κασί-γνητος, κάσις.

Res potius haec est, ut e κάσις alia vocabula derivata sint. Vocabulum igitur bis compositum formatum est ab epico poeta, cui κασίγνητος non sufficiebat ad cognationis gradum accurate denotandum. Neque alia est res in κασίγνητος quoque, quod verbum compositum per κασι- et γνη-τό-ς (sic veteres iam vocabulum definierunt: cf. Et. M. 493, 14), quia idem significat atque κάσις, recentioris originis esse quam simplex recte concludi negari non poterit. Atque hoc quoque vocabulum ita amplificatum epici sermonis proprium est, ex quo sumptum ab aliis quoque poetis et apud Cyprios (cf. Cauer, delect.²

41) Neque minus certo refellendum est, quod αὐ-τοκασι-γνητος esse distinguendum sibi excogitavit I. Wackernagel (K. Z. XXXIII 16)

472) et Lesbios (ibid. 430 D) et Corcyraeos (ibid. 83) in usu est. Epicus enim poeta, qui 'heroum virtutes' celebrans elatiori orationi studeat, vocabula cotidiano sermone trita spernit et repudiat. Posteriores poetae receperunt principalem vocabuli formam: de fratre dictum legitur apud tragicos (Aesch. S. 657 Eteocles *ἄρχοντί τ' ἄρχων καὶ κασιγνήτῳ κάσις, ἐχθρὸς σὺν ἐχθρῷ στήσομαι*), de sorore primum invenitur apud Anacreontem: cf. schol. Eur. Hec. 361 *τὴν Ἕκτορός τε χἀτέρων πολλῶν κάσιν· Ἀνακρέων* (fr. 12 a) '*οὔτ' ἐμὴν* (*οὔτε μὲν* M: em. Bergk) *ἀπαλὴν κάσιν. σεσημείωται δὲ ὅτι τὴν θήλειαν κάσιν εἶπεν.* Praeterea cf. v. 943: *τὰν τοῖν Διοσκούροιν Ἑλέναν κάσιν·* schol. *ὅτι ὀλιγάκις κεῖται τὸ κάσις ἐπὶ ἀδελφῆς, ἐπὶ δὲ ἀδελφοῦ πολλάκις.* Aeschylus quoque femininum usurpavit, sed translate quidem: S. 477 *λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κάσιν*, Ag. 473 *κάσις πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις.* Vocabulum *κάσις* esse vetustum atque antiquitus omnibus graecae linguae dialectis commune docet haec Hesychii glossa, quam eorum quidem, qui adhuc de hoc vocabulo egerunt, nemo inspexisse videtur: *κάσιοι*[42]*· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀγέλης· ἀδελφοί τε καὶ ἀνεψιοί. καὶ ἐπὶ θηλειῶν οὕτως ἔλεγον Λάκωνες· καὶ Εὐριπίδης Ἑκάβῃ . . .* (lacuna verba *κάσιν τὴν ἀδελφήν* hausisse putant). Hoc igitur vocabulum eandem quoque notionis varietatem continet atque *κασίγνητος*. Sed grammaticus etiam novam affert notionem, nam interpretatur *οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀγέλης*. Hoc ad Lacedaemoniorum mores recedit, apud quos *ἀγέλαι* nominantur *λόχοι*, quibus singuli Spartanorum pueri attribuuntur: cf. Plut. Lyc. 16 *ὁ Λυκοῦργος . . . πάντας* (sc. *παῖδας*) *εὐθὺς ἑπταετεῖς γενομένους παραλαμβάνων αὐτὸς εἰς ἀγέλας κατελόχιζε καὶ συννόμους ποιῶν καὶ συντρόφους μετ' ἀλλήλων εἴθιζε συμπαίζειν καὶ συσχολάζειν.* Huic iuvenum catervae altera quoque respondere videtur feminarum in choris: cf. Athen. XIV 631 c: *ἡ δ' ὑπορχηματική ἐστιν ἐν ᾗ ᾄδων ὁ χορὸς ὀρχεῖται. . . . Πίνδαρος δέ φησιν* (fr. 112 b) '*Λάκαινα μὲν παρθένων ἀγέλα'. ὀρχοῦνται δὲ ταύτην παρὰ τῷ Πινδάρῳ οἱ Λάκωνες, καὶ ἐστὶν* [*ὑπορχηματικὴ*] *ὄρχησις ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.* Sed ad Cretum quoque mores redit *ἀγέλη*: cf. Heracl. Pont. de Cretum civitate: *οἱ παῖδες οἱ ἐν Κρήτῃ . . .· ἀθροίζονται δὲ ἀγέλαι τούτων, καὶ ἐφ' ἑκάστης ἄρχων γίνεται, ὃν καλοῦσιν ἀγελάτην.* Cf. Hes. *ἀγέλας· τοὺς* (*ἀγελάστους* cod.: em. Nauck) *ἐφήβους· Κρῆτες.* Ii, qui in eadem caterva sunt, aequales sunt; et *κάσις* etiam hanc habet notionem. Cf. Hes. *κάσις·* (*κασης* cod.: em. Mus.)*· ἡλικιώτης.* Non dubium esse potest, *ἀγέλη* quid sit in civitate, in qua pueri non a parentibus, sed publice educantur: effigies est familiae, ubi item atque in caterva unus ceteris gentis membris praeest. *κάσις* igitur quid est? De eo generatim dicitur, qui, cum ex eadem gente sit, cognatus est, et proprie sic

---

42) Estne *κάσιες* legendum? Quamquam illam quoque formam exstitisse nomen proprium *Κάσιος* (apud Eleos) indicare videtur (Athen. XIII 593 f.).

nominantur fratres et sorores[43]. κασί-γνητος igitur est 'eadem in gente natus, consanguineus'. Hoc autem vocabulum nonne respicit antiquissimorum temporum mores, quibus singula cuiusque gentis membra sub uno tecto vivere consueverunt? — Vocabuli genuinam vim postquam enucleavimus, videamus postremo quoque quae sit eius etymologia. Atque substantivum eodem modo mutatum esse e *κάτις atque πόσις e *πότις ostendunt vocabula, quae Prellwitz. l. c. p. 140 ex vetere lingua bactrica affert: kata- 'Haus', kati- 'Hausherr'; et ad eandem stirpem certe referendum est lat. casa (e catia, cassa) et nomen proprium Cassius. Cf. Tac. ann. VI 15: Cassius plebeii Romae generis, verum antiqui honoratique.

καταπτύστη.] Verbum simplex apud Homerum genuina tantum vi usurpatur (cf. Ψ 697 αἷμα παχὺ πτύοντα); translate positum primum invenitur ἀποπτύειν apud Hesiodum: op. 724 μηδέ ποτ' ἐξ ἠοῦς Διὶ λειβέμεν αἴθοπα οἶνον χερσὶν ἀνίπτοισιν μηδ' ἄλλοισ' ἀθανάτοισιν· οὐ γάρ τοί γε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς[44]. Translata quoque certe est adiectivi καταπτύστη notio, quam formam Anacreonteam (fr. 152) Pollux nominat II 103. Cf. Aesch. Eum. 68 de furiis αἱ κατάπτυστοι κόραι, Choeph. 616 γοᾶται . . . κατάπτυστον (μισητόν); Eur. Tr. 1024 ὦ κατάπτυστον κάρα. Anaxil. apud Athen. XIII 558 a: τοῦ καταπτύστου γένους (meretricum). Apud Anacreontem quoque item de tali femina dictum esse videtur.

καταχύδην.] fr. 90, 3 σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην[45] πίνουσα τὴν ἐπίστιον, h. e. poculum usque ad fundum exhauriens. Simplex legitur cum eadem vi Leon. Tar. A. Plan. 306: Ἀνακρείοντα χύδην σεσαλαγμένον οἴνῳ. Cf. Plat. legg. IX 858 b.

κελέβη.] Anacreonti ingens vas est. fr. 32: ᾠνοχόει δ' ἀμφίπολος μελιχρὸν οἶνον, τρικύαθον κελέβην ἔχουσα, ubi urceum significat, ex quo vinum in poculum infunditur. Idem est fr. 42 καθαρῇ δ' ἐν κελέβῃ πέντε τε καὶ τρεῖς ἀναχείσθω, et fr. 63 ἄγε δὴ φέρ' ἡμὶν ὦ παῖ κελέβην, ὅκως ἄμυστιν προπίω, ubi Athenaeus (XI 475 c) per ἔκπωμα interpretatur, sed non recte, nam sequuntur haec: τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους. — Grammaticus ubi eius vocabuli etymologiam suam plane ineptam dedit, sic pergit: Σιληνὸς δὲ καὶ Κλείταρχος τοὺς Αἰολεῖς φασιν οὕτω καλεῖν τὸ ποτήριον. Πάμφιλος δὲ τὸ [ποτήριον] θερμοποτίδα καλούμενον τὴν κελέβην εἶναι (ex ligno scilicet factum: cf. Et. M. 502, 14 κελέβη· εἶδος ποτηρίου ξυλίνου). Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις ποιμενικὸν ἀγγεῖον μελιτηρὸν τὴν κελέβην εἶναι. καὶ γὰρ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος ἐν πέμπτῳ Θηβαΐδος φησί . . .

---

43) Cf. Eur. Alc. 408 Eumelus puer sororem alloquitur: ὦ σχέτλια δὴ παθὼν ἐγὼ ἔργα σύ τε σύγκασί μοι κούρα (schol. συνόμαιμε συναδελφέ) — Cf. Eur. I. T. 800 (Orestes): ὦ συγκασιγνήτη τε κἀκ ταὐτοῦ πατρὸς Ἀγαμέμνονος γεγῶσα.

44) Dei ut vinum ab hominibus non rite libatum evomunt, sic eorum preces quoque ita prolatas repudiant.

45) Dactylus pro iambo positus.

atque tres locos affert, quibus κελέβειον (haec forma apud eum invenitur) dicitur de vase, in quo mel conservatur (velut fr. 19 Ki), et de poculo (fr. 18 ἀμφίθετον κελέβειον, et 17 χρύσεα δέπαστρα καὶ ἀσκηθέος κελέβειον ἔμπλειον μέλιτος). Postremo reddit versum Theocriti (Pharm. 2): στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ, ubi poculum significat; item Euphorion. fr. 6 M. apud schol. Theocr. l. c.: ὅστις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηίδα μοῦνον ἀπηύρα (τουτέστι τὴν ἀργυρᾶν: cf. Steph. Byz. s. Ἀλύβη); ibid. fr. 72 M.: ἠέ ποθεν ποταμῶν κελέβῃ ἀπηφύσας ὕδωρ de urceo dicitur. — Vocabulum num graecum sit incertum: cum voce hebraica 'keleb' (= gefäss) confert H. Levy, die semit. Fremdwörter im griech. p. 104.

κερόεις.] Praeter Anacreontem (fr. 51, 2 κεροέσσης . . μητρός sc. hinnulei matris) vocabulo usi sunt Sophocles (fr. 86): νομὰς δέ τις κεροῦσσ' ἀπ' ὀρθίων πάγων καθεῖρπεν ἔλαφος, et Euripides ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ (fr. 857)· ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν σφάζειν θυγατέρα.

κίβδηλος.] Hes. κιβδηλιῶντας· ὠχρούς, ὑπὸ τῆς κιβδήλεως ἐνοχλουμένους. ἔστι δὲ κίβδηλις ἐν τοῖς μετάλλοις σκωρία, ἀφ' ἧς πᾶν φαῦλον κίβδηλον, μοχθηρόν, φλαῦρον, ψεῦσμα, νόθον, ἀδόκιμον. Vocabulum recte ibi definitum est, neque dubium, quin κίβδηλος genuine dictum sit de metallis, quae a scoria non bene purgata sunt, quibus scoria admixta est[46]). Theogn. 119 χρυσοῦ κιβδήλοιο, Eur. Med. 516 ὦ Ζεῦ, τί δὴ χρυσοῦ μὲν ὃς κίβδηλος ᾖ, τεκμήρι' ἀνθρώποισιν ὤπασας σαφῆ; Deinde translata cum vi usurpatur ad naturam hominis indicandam. Theogn. 117 κιβδήλου δ' ἀνδρός, et v. 965 πολλοί τοι κίβδηλον ἐπίκλοπον ἦθος ἔχοντες κρύπτουσ', ἐνθέμενοι θυμὸν ἐφημέριον. Anacr. (fr. 21, 6), ubi poeta de Artemone haec dicit: κίβδηλον εὑρίσκων βίον. Pind. apud Athen. XI 467 b: πρὶν μὲν ἕρπε σχοινοτένειά τ' ἀοιδὰ καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀπὸ στομάτων, h. e. pravum. Boeckhius (cf. II 2, p. 582) coniecit Pindarum haec dixisse contra Lasum Hermionensem, quem ipse Athenis audivit. Praeterea cf. Eur. Hipp. 616 ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν γυναῖκας ἐς φῶς ἡλίου κατῴκισας; El. 550 ἀλλ' εὐγενεῖς μέν, ἐν δὲ κιβδήλῳ τόδε· πολλοὶ γὰρ ὄντες εὐγενεῖς εἰσιν κακοί. Atque in prosa quoque oratione cum hac notione exstat. Her. I 66 χρησμῷ κιβδήλῳ (h. e. ambiguo: cf. 75), et Plato saepius eo sic utitur (cf. Ruhnken, Timaeus[2], p. 133).

κνιζή.] Et. M. 523, 4: τὸ δὲ κνύζα, ὥς λέγει Ἡρωδιανός, εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ φυτοῦ, συγκοπή ἐστι, . . . εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ παρεφθαρμένου καὶ ἐρρυσωμένου, οὐ συγκοπή ἐστιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κνίω· ἀφ' οὗ κνύος ἡ φθορά. . . . γίνεται κνύζα, ὡς παρὰ Ἀνακρέοντι ἐν ἰάμβῳ (fr. 87)· 'κνύζη τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι σὴν διὰ μαργοσύνην'. Sed ea vocabuli forma, quam etymologus tradit, hic

46) Cf. Poll. VII 99,: τὴν δὲ σκωρίαν καὶ κίβδον ἐκάλεσαν, ἀφ' ἧς καὶ οἱ μεταλλεῖς κίβδωνες.

tolerari non potest; nam quia poeta addit *καὶ πέπειρα* (quod significat *γραῖα*: cf. infra s. v.), de scabie hic cogitandum non est, sed desideratur vocabulum simili notione. Atque nonnulli codices et Eustathius (1746, 13) aliam formam praebent *κνίζη*, quam Lobeckius (Paralip. p. 206) in adiectivum *κνιζή* immutat, quod confert cum substantivo *κνίσαρ*, h. e. *ὁ ξηρός* (Suid. s. v.) = 'vietus, obsoletus', *κατερρυσωμένος*, et a verbo *κνίζω* derivat.

κόκκυξ.] fr. 29 *ἐγὼ δ' ἀπ' αὐτῆς φύγον ὥστε κόκκυξ.* Et. M. 524, 51 *κόκκυξ· ὄρνεον . . . δειλότατον, ὥς φησιν Ἀνακρέων.* Etymologus non recte interpretatus est verba poetae (cf. Wilamowitz, Isyll. 132 adn. 9); ibi potius cogitandum est de homine stolido. Cf. Ar. Ach. 598 *κόκκυγές γε τρεῖς.* schol. *ἀντὶ τοῦ ἄτακτοι καὶ ἀπαίδευτοι. καὶ γὰρ ὁ κόκκυξ ἄμουσόν τι φθέγγεται.* Phryn. B. A. I 27, 24 *ἀβελτεροκόκκυξ· ἀβέλτερος καὶ κενός. κόκκυγα λέγουσι τὸν κενὸν καὶ κοῦφον.* Vocabulum restituit Bergkius in his Platonis comici verbis, quae exstant apud Athen. II 68c: *Πλάτων Λαΐῳ· οὐχ ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν Λέαγρος, Γλαύκωνος ὢν μεγάλου γένους, ⟨ἀβελτερο⟩κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται . . . .*

κολυμβῶ.] fr. 19 *ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ*, h. e. undam subeo, in eam me immergo. Plat. Prot. 350a: *εἰς τὰ φρέατα κολυμβῶσι θαρραλέως*, Lach. 193c: *καὶ ὅσοι ἂν ἐθέλωσιν εἰς φρέαρ καταβαίνοντες καὶ κολυμβῶντες καρτερεῖν ἐν τούτῳ τῷ ἔργῳ . . . .* Aesch. Suppl. 393 *δίκην κολυμβητῆρος* (urinatoris).

κορίαννον.] Poll. VI 107: *Ἀνακρέων* (fr. 123) *δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησι καὶ κοριάννοις καὶ . . .* Eadem herba esse videtur, qua condimento uti solebant. Ar. eq. 676. 682.

κορωνός.] Primum invenitur apud Archilochum *κορωνός· ὁ γαῦρος καὶ ὑψαυχενῶν. . . . Ἀρχίλοχος* (fr. 39)· '*βοῦς ἐστιν ἡμὶν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ, κορωνός, ἔργων ἴδρις οὐδαρ*'. Sic traditum est in etymologici codice A (cf. Reitzenstein. ind. lect. Rost. 1891/2 p. 14), ultimi verbi duabus tantum litteris perscriptis. Vocabulum quoddam ab *ἀροῦν* derivatum hic latere recte coniecisse mihi videtur editor. Hes. *κορωνός· ὀρθοκέρως ταῦρος*, quod ad Archilochum redit. Similiter *κορωνός* translate de homine quodam dicitur nimis superbo, qui alto et erecto capite incedit (Anacr. fr. 151): *κορωνὰ βαίνων.* Hes. *κορωνά* (*κορυνά* cod.: em. Salmasius)· *ὑψηλά.* Cf. Semon. fr. 18: *καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης*, ubi de equo dicitur, qui caput elatum reflectens excellentiam suam ostentat. Vide etiam Hes. *κορωνιῶν· γαυριῶν.* — Quomodo fiat, ut pravum hominem indicet (Hes. *κορωνόν· πονηρόν*), mihi non perspicuum.

κότταβος.] fr. 53 *Σικελὸν κότταβον ἀγκύλῃ λατάζων* (*δαΐζων* A: integram lectionem restituit Wilamowitzius; cf. Herm. XIV 170). Non dubium esse potest, quin hoc loco significet id, quod in poculo relictum dextrae manus curvatae vi in cottabium proicitur. Eadem cum vi adhibuerunt Pindarus apud Athen. X 427d: *ὄφρα † σὺν χειμαμάρωι μεθύων Ἀγάθωνι δὲ βάλω κότταβον*, et Bacchylides

ibid. XI 782 e: εἶτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι τοῖς νεανίαις, λευκὸν ἀντείνουσα πῆχυν, et Aeschylus, qui κοττάβους ἀγκυλητούς nominat (ibid.). Ludum Siculum esse praeter Anacreontem dicit Critias quoque apud Athen. XV 666 b: κότταβος ἐκ Σικελῆς ἐστι χθονὸς ἐκπρεπὲς ἔργον. λατάζω autem est verbum, quo cottabi ex poculo proiectio propie significatur, derivatum a λάταξ, quod est τὸ πῖπτον ἐκ τῆς κύλικος ὑγρόν (Athen. XI 479 e). Hanc quoque vocem item atque κότταβος esse Siculam Dicaearchus ostendit. Athen. XV 666 b: Δικαίαρχος . . . ἐν τῷ περὶ Ἀλκαίου καὶ τὴν λατάγην φησὶν εἶναι Σικελικὸν ὄνομα (λατάγη recentior est forma pro λάταξ). Itaque Callimachus (ibid. 668 b): πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. Apud Anacreontem igitur primum quidem vocabulum κότταβος invenitur, sed vel ante eum hunc ludum ut apud alios Graecos Asiae litus aut insulas incolentes item apud Lesbios quoque fuisse notum et divulgatum apparet ex his Alcaei verbis (Athen. XI 481 a): λάταγες ποτέονται κυλιχνᾶν ἀπὸ Τηιᾶν.

κύαθος.] fr. 63, 5 τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους, h. e. urceo infundens, cf. s. κελέβη, quam alio loco (fr. 32, 2) τρικύαθον nominat. De certa igitur mensura poeta utitur. — Variam fuisse huius vocabuli vim glossae docent: cf. Hes. Phot. s. v. Hes κυάθους. — ἐπὶ τοῦ ἀντλητῆρος adhibetur a poetis comicis, quorum locos affert Athenaeus X 424 a. Praeterea κυαθίς frequentabatur: de quo cf. ibid. XI 480 b.

λαλάζω.] fr. 90, 2 μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον λάλαζε. Hes. λάλαζε· βόα; 'noli strepere ut unda maris'. Alio loco non invenitur. Pindarus λαλαγέω dixit: cf. O. IX 40: μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοιαῦτ'. schol. ἀντὶ τοῦ μὴ τοίνυν θορύβει καὶ τὰ τοιαῦτα φλυάρει. Hes. λαλάξαντες· βοήσαντες.

λιάζω.] fr. novum apud Ptolemaeum περὶ διαφορᾶς λέξεων: (Herm. XXII 409) . . παρὰ Ἀνακρέοντι 'λίην δὲ δὴ λιάζεις' (δηλιάζεις codd.: em. Wilam.). Cf. Phot. λιάζειν· λίαν ἐσπουδακέναι. Hes. λιάζει· . . . λίαν σπουδάζει. Falso quidem a veteribus a λίαν derivatum: cf. velut Apoll. Dysc. de pron. 42 C. Vide etiam Buttmann., Lexil. I² 75, qui λελιημένος, quod ab eadem stirpe pendet, confert.

λοξός.] fr. 75, 1 (poeta de puella se despicienti dicit): πῶλε Θρηκίη, τί δή με λοξὸν ὄμμασιν βλέπουσα νηλεῶς φεύγεις. Cf. Solon. fr. 34, 4 νῦν δέ μοι χολούμενοι λοξὸν ὀφθαλμοῖσ' ὁρῶσιν πάντες ὥστε δήιον. — Locutio apud poetas Alexandrinae demum aetatis redit.

Λυδοπαθής.] Schol. Aesch. P. 42 ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν ὄχλος· ὄντως γὰρ τοιοῦτοι οἱ Λυδοί. καὶ τὸ παρ' Ἀνακρέοντι 'Λυδοπαθεῖς' τινες ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθεῖς (fr. 155), h. e. obnoxii iisdem πάθεσι, quibus Lydi, h. e. voluptarii, effeminati. Cf. Eust. 1144, 14 (e Suetonio?). Vide etiam Bergk, Anacr. p. 240.

λῶπος.] fr. 80 b κὰδ δὲ λῶπος ἐσχίσθη. Hippon. fr. 3 κοραξι-

κὸν μὲν ἠμφιεσμένη λῶπος. Hes. λῶπος· ἱμάτιον. Theocr. 14, 65 λῶπος ἄκρον περονᾶσθαι; Crinag. A. P. IX 276 λῶπος ἀποκλύζουσα χερνῆτις; Lucian. Philopatr. 22 δραξάμενός μου τοῦ λώπους. — Apud Homerum semel λώπη invenitur ν 224: δίπτυχον ἀμφ' ὤμοισιν ἔχουσ' εὐεργέα λώπην. Apoll. Soph. 109, 17 λώπη τὸ ἱμάτιον. θηλυκῶς δὲ εἶπεν ἀντὶ τοῦ λῶπος.

μαργοσύνη.] Terminatio ο-σύνη ionicae est originis: cf. Holsten l. c. p. 55. Derivatum est ab adiectivo μάργος, cuius vis in sermone epico varia est. — Antinous, qui Telemacho insidias parat, a Penelope nominatur μάργος (π 421), h. e. vecors, vesanus; Eurycleia, quae Penelopae coniugem advenisse nuntiat, ab illa μάργη appellatur, h. e. mente privata [47] (ψ 11): μάργην σε θεοὶ θέσαν. De Iro mendico dicitur σ 2: μετὰ δ' ἔπρεπε γαστέρι μάργῃ ἀζηχὲς φαγέμεν καὶ πιέμεν, h. e. vorax. Hesiod. apud Athen. X 428c: οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος, ὅστις ἄδην πίνῃ, οἶνός δέ οἱ ἔπλετο μάργος, h. e. ebrium efficiens. Libidinosum significat Theogn. 581 ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον ἄνδρα τε μάργον, Alcm. fr. 38 et Ap. Rh. III 120 μάργος Ἔρως (ὁ μαργαίνειν ποιῶν schol.). — Anacr. fr. 87 κνιζή τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι σὴν διὰ μαργοσύνην, libidinosam igitur petulantiam significat, insaniam ut videtur veneream. Anacreon primus eo vocabulo usus est, postea raro tantum usurpatur. Cf. Ap. Rh. III 796 de Medea μαργοσύνῃ εἴξασα.

μελάμφυλλος.] fr. 78 μελαμφύλλῳ δάφνῃ. Cf. Theocr. epigr. 1, 3 μελάμφυλλοι δάφναι. — Legitur quoque Pind. P. I 27 Αἴτνας ἐν μελαμφύλλοις κορυφαῖς, So. O. C. 482 γῇ μελάμφυλλος, Ar. Thesm. 997 μελάμφυλλά τ' ὄρη, Nicand. apud Athen. IX 366 d μελάμφυλλόν τε σίνηπυ.

μελιχρός.] fr. 32 μελιχρὸν οἶνον. Dionys. A. P. XII 108 Χίου πουλὺ μελιχρότερος. Translata autem cum notione de dulcedine sermonum et pollicitationum dicitur: cf. Callim. A. P. IX 507 . . ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο, et Ap. Rh. IV 359 ποῦ δὲ μελιχραὶ ὑποσχεσίαι βεβάασιν;

μεστός.] fr. 82, 2 σκύπφον . . . μεστόν. In epico sermone non invenitur, nam hic locus, Hom. epigr. XVI 5 ὅσα δ' ἄγγεα, μεστὰ μὲν εἴη, huc vix pertinet. In prosa autem ionica oratione omnino non exstat: poetici igitur sermonis vocabulum esse proprium constat. Nonnumquam legitur apud tragicos. So. O. C. 768: ἀλλ' ἡνίκ' ἤδη μεστὸς ἦ θυμούμενος, quibuscum cf. Ant. 280 (Creon custodi): παῦσαι, πρὶν ὀργῆς καί με μεστῶσαι λέγων (μεστόω praeterea 420, El. 713). Deinde improprie utitur Euripides (I. T. 804: τὸ δ' Ἄργος αὐτοῦ μεστὸν ἥ τε Ναυπλία). Plat. reip. I 330 e ὑποψίας δ' οὖν καὶ δείματος μεστὸς γίγνεται; cf. legg. I 649 b: τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν;

---

47) Sueton. περὶ βλασφημ. apud Miller, Mélang. p. 422 μαργίτης· ὁ ἄφρων· ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν, ὅ ἐστι μωραίνειν (= Eust. 1669, 47).

καὶ τελευτῶν δὴ πάσης ὁ τοιοῦτος παρρησίας ὡς σοφὸς ὢν μεστοῦται καὶ ἐλευθερίας, . . . Aratus in phainomenon prooemio (v. 2): *μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα καὶ λιμένες*. Saepius invenitur in comico sermone ibique vulgare est. Cf. quoque Matron. conv. Attic. (Athen. IV 137 b): *τῶν δ' ἐγὼ οὐδενὸς ἧσθον ἁπλῶς, μεστὸς δ' ἀνεκείμην.*

μνήσκομαι.] fr. 94, 4 *ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης*. De forma v. Et. M. 452, 34 et Cram. An. Ox. I 197. Recenti demum tempore redit.

μύρον.] Vocabulum primum apud Archilochum inveniri veteres cognitum habebant (Athen. XV 688 c). Apud Alcaeum quoque legitur (ibid. 687 d) et apud Anacreontem (fr. 9) *τί μὴν πέτεαι συρίγγων κοϊλώτερα στήθεα χρισάμενος μύρῳ;* — Deinde vulgare est. fr. 30 *τὸν μυροποιὸν ἠρόμην Στράττιν εἰ κομήσει*. Codex A Hephaestionis *λυροποιόν*, sed cf. Poll. VII 177: *μυρεψός· Κριτίας γὰρ οὕτως ὠνόμασεν. μυροποιός· οὕτω δὲ Ἀνακρέων.* Poeta hominem quendam ludibrio habet, qui quamquam ipse odores coquit, cum calvus sit, iis uti non possit. Uno praeterea loco vocabulum invenitur. Parmenio enim *ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολῇ* (Athen. XIII 608 a) inter impedimenta Darii nominat *μυροποιοὺς τεσσαράκοντα.* — *μύρτος*, de myrti ramo dictum [48]), Anacreontis tempore primum inveniri videtur. Poll. VI 107: *Ἀνακρέων δὲ καὶ μύρτοις στεφανοῦσθαί φησιν* (fr. 123). Deinde exstat quoque apud Simonidem (fr. 10) *πετάλοισι μύρτων*, praeterea in scolio illo Attico saeculi sexti: *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω.* Cf. quoque Pind. I. III 87 *λευκωθεὶς κάρα μύρτοις.* — Vocabulum utrum peregrinum sit (quod vult Hehn, Kulturpflanzen [6], 573) incertum (cf. Schrader, ibid. p. 231): arbor quidem apud Graecos certe indigena.

Ναυκρατίτης.] fr. 83 *στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν, τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην.* Cf. fr. 123. Anacreon tantum illius coronae mentionem fecisse videtur: etenim si ab aliis id quoque factum esset, eorum verba reddere grammaticus Naucratites certe non omisisset. Qualis esset corona veteres varias sententias protulisse docemur ex ipsius Athenaei verbis, qui XV 675 f pluribus de ea egit. — Haec igitur illius coronae mentio cum ab Anacreonte tantum facta sit, morum Naucratitarum notitiam quandam apud eius populares fuisse divulgatam apparet. Quod certe non mirum: nam inter eas urbes, quibus ab Amasi rege ius commercii Naucrati

48) Idem significat etiam μυρσίνη (vel μυρρίνη, μυρτίνη), quod vocabulum primum invenitur apud Archilochum (fr. 29): ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος, et h. Merc. 81 συμμίσγων μυρίκας καὶ μυρσινοειδέας ὄζους. — A myrto nomen habent Μύρσινος Eleorum urbs (B 616· postea Μυρτούντιον nominata) et Μυρσίλος Lesbiorum tyrannus, et Μυρτίλος Oenomai auriga. — Quod Archilocho tribuitur (fr. 165): ἰδιέξ τὸ μύρτον, etymologus (Et. M. 324, 18) non recte sic interpretatur: σημαίνει δὲ τὴν μυρσίνην; indicat potius τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον; cf. Hes. s. μύρτος, qui utrumque quidem, μύρτος et μύρτον, ibi confundit.

libere faciundi datum erat, et Teus et Samus nominantur ab Herodoto (II 178)[49].

οἰν-ηρός.] De aliis eiusdem formationis exemplis cf. Herodian. I 197, 12; 530, 13. — Buttmann, ausf. Sprachl. II² 449; '-ρος, -ερός, -ηρός drücken meist ein erfülltsein aus'. Haec falso quidem dicta non sunt, attamen adiectivorum in -ηρός exeuntium (ut haec tantum commemorem) notionis varietatem minime complectuntur. Res potius haec est, ut vel unum tale adiectivum complura significare possit, velut οἰνηρός. Atque ut illius vocabuli vetustissimum afferam exemplum, Pollux dicit (VI 23): . . . καὶ 'οἰνηρὸς θεράπων' παρὰ Ἀνακρέοντι (fr. 161); famulus sic nominatur, qui ut hospitibus in convivio pocula ministret destinatus est[50]. Pind. N. X 43 (atque hoc tantum loco) Σικυωνόθε δ' ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἀπέβαν, h. e. argenteis pateris, ex quibus vinum bibatur, donati (cf. schol.). Eandem vim habet in his Cratini verbis quae leguntur apud Athen. XI 494 c: κοὐδ' ὀξύβαφον οἰνηρὸν ἔτι κεκτήσεται, et apud Eur. Ion. 1179 οἰνηρὰ τεύχη μικρά. Her. III 6 κεράμιον vocatur οἰνηρόν, quod ad vinum conservandum et dimittendum aptum est. Similiter Aesch. fr. 96 κρωσσοὺς οἰνηρούς, urcei in quibus vinum conservatur. Alia adiectivi est notio Eur. I. T. 164 Βάκχου τ' οἰνηρὰς λοιβάς, ubi libationis materiam indicat; item Cycl. 67 οἴνου χλωραὶ σταγόνες, Hippocr. περὶ ἀγμῶν III 536 L.: ἰητρεύειν δὲ τοὺς τοιούτους τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ubi medicamenti materiem significat. Aristot. problem. III p. 873 a 20 ἡ ὑγρότης ἡ οἰνηρά, h. e. vini umidum; Nicand. Al. 534 οἰνηρὴν τρύγα, h. e. vini faex. — Aristot. eth. Nicom. V 10 p. 1135 a 2 μέτρα οἰνηρά, mensuras igitur indicat, quibus in vino uti solent. Aliter usurpavit Callimachus, qui dicit A. P. XIII 9 ἀπ' οἰνηρῆς Χίου, h. e. vino abundantis. οἰνηρός igitur omne indicat, quod aliquo modo ad vinum pertinet aut cum eo conexum aliquem habet.

οἰνοπότης.] fr. 97 οἰνοπότης δὲ πεποίημαι. Cf. Callim. apud Athen. XV 668 b πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας. In epitaphio Anacreontis A. P. VII 28 ὦ ξένε, τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων σπεῖσόν μοι παριών, εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης. — Homerus οἰνοποτήρ dicit: cf. θ 456 ἄνδρας μετὰ οἰνοποτῆρας. — De feminino οἰνοπότις v. p. 16.

ὀρσόλοπος.] fr. 70 ὀρσόλοπος . . . Ἄρης, h. e. bellicosus.

---

49) Herodoti testimonium titulis deorum vel dearum a singulis Graecorum gentibus, quae ibi commercii ius habebant, cultorum in templis inventis optime confirmatur. Atque harum gentium nomina reperiuntur: Teii 209, 700, 758 (?), 779, 876 Gardner; Samii 447, 689, 841—848, Rhoeci sculptoris dedicatoris nomen habes in 778; Milesii 2, 99, 110, 164, 218, 233, 234, 341; Chii 706, 757; Phocaei 666, Mytilenaei 788, 790 (786); Aeginetae 778. Titulos ibi inventos dedicatorios omnes saeculi sexti esse docuit Kirchhoff, griech. Alphab.⁴ p. 46.

50) οἰνοχόοι θέραπες dixit Ion apud Athen. XI 463 b.

Adiectivum quidem hoc tantum loco invenitur, sed praeterea exstat *ὀρσολοπεύω* quod legitur h. Merc. 308: *ἦ με βοῶν ἕνεχ' ὧδε χολούμενος ὀρσολοπεύεις;* Maxim. *καταρχ.* 107 *αἰεί κε πανήμερον ὀρσολοπεύει μύθῳ ὀνειδείῳ ἢ πληγῇσιν ἰάπτει;* et *ὀρσολοπέω.* Phot. *ὀρσολοπεῖν· λοιδορεῖν. πολεμεῖν.* Hes. *ὀρσολοπεῖται· διαπολεμεῖται. ταράσσεται,* quae glossa redit ad Aesch. Pers. 10, ubi eam habet vim: *ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς ἤδη κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται θυμὸς ἔσωθεν.* Origo huius vocis omnino obscura est; certe denotat: ‚aggredi, vexare, turbare'.

ὄχανον.] fr. 91 *διὰ δεῦτε Καρικοεργέος ὀχάνου χεῖρα τιθέμενοι.* Hes. *ὄχανον· ὁ τῆς ἀσπίδος πόρπαξ. καὶ ὁ δεσμός. καὶ ὅπου ἐμβάλλουσι τὰς χεῖρας* (*τρίχας* cod.: em. Meineke). Cf. Her. I 171, II 141.

παμφαλῶ.] Egit de hoc vocabulo Meister, Herodas, p. 869. Ionicae autem dialecti est proprium et in vulgari sermone usitatum, unde sumpserunt Hipponax (fr. 131) et Anacreon (fr. 160).

πέπειρος.] Proprie de fructu maturo dictum est (Moeris p. 120 *δρυπέτης Ἀττικοί, πέπειρος Ἕλληνες*): ex qua significatione aliae quoque ortae sunt, quae in his duabus Hesychii glossis leguntur. *πέπειρον· πεπανθέν, ὥριμον, ὠπτημένον, ἀκμαῖον. πεπείρους· ἑψημένους. ἐπὶ ὀπώρας ἤτοι σταφυλῆς.* Translate apud Hippocr. II 306 L *πέπειρος νόσος* nominatur morbus ad maturitatem perductus. Alia autem est vis vocabuli apud Anacreontem (fr. 87): *κνιζή* (sic legendum, cf. s. v.) *τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι σὴν διὰ μαργοσύνην.* Hes. *πέπειρα· γραῖα* (germ. ‘hutzel'). Cf. Ar. eccl. 896 *οὐ γὰρ ἐν νέαις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν ταῖς πεπείραις* (*ταῖς γραΐσι* schol.). — *πέπειρα* femininum est masculini *πέπαρ*; *πέπειρος* (A. P. XII 9. 185) nova est formatio.

ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων.] De illo homine, cuius nomen Anacreontis carminibus notissimum in proverbii consuetudinem venit, duplex est veterum memoria. Accuratius, cum apud Anacreontem eius mentio facta esset, in eum inquisivit Chamaeleon *ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος* (Athen. XII 533 e): *προθεὶς τὸ ‚ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων'* (fr. 21 a) *τὴν προσηγορίαν ταύτην λαβεῖν τὸν Ἀρτέμωνα διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα περιφέρεσθαι ἐπὶ κλίνης. καὶ γὰρ Ἀνακρέων αὐτὸν ἐκ πενίας εἰς τρυφὴν ὁρμῆσαί φησιν ἐν τούτοις·* . . ., deinde grammaticus notissimum illud carmen Artemonis contumeliis refertum reddit. Chamaeleon igitur *περιφόρητος* intellegi voluit de eo, qui, cum luxuriae deliciisque deditus esset, in lectica circumferretur; rem igitur ita sese habere conclusit tantum hoc ex vocabulo, quo Artemon a poeta denotatur, nam illud carmen, in quo lecticae mentio omnino non fit [51]), documento ei est Artemonem paupertate pristina solutum divitem esse factum et

51) Verba ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ e. q. s. ex alio carmine sumpta sunt: res enim quae narratur et metrum quoque sunt plane diversa; cf. Wilam. Isyll. 133 adn. 11.

mollitiei deditum. Eodem modo Heraclides quoque Ponticus vocabulum interpretatus est. Plut. Pericl. 27: *Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα* (in Samiorum urbis oppugnatione), *τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος*[52]), *ὃν χωλὸν ὄντα καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προσκομιζόμενον ὀνομασθῆναι περιφόρητον. τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων· τὸν δ' Ἀρτέμωνά φησι τρυφερόν τινα τῷ βίῳ καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθέζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν οἰκετῶν ὑπερεχόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν· εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν, ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν περιφερόμενον κομίζεσθαι καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι περιφόρητον.* Heraclides igitur, quia iam in Anacreontis carminibus hominem quendam eiusdem nominis eodem modo denotatum esse vidit, quem acerrimis verbis vexatum a poeta propter nimiam luxuriam sic nominatum esse putabat, hanc Ephori de Artemonis machinatoris claudidate memoriam ut falsam repudiavit. Prorsus alia est Artemonis imago quam Aristophanes describit. Ach. 848: *οὐδ' ἐντυχὼν ἐν τἀγορᾷ πρόσεισί σοι βαδίζων Κρατῖνος αὖ κεκαρμένος μοιχὸν μιᾷ μαχαίρᾳ, ὁ περιπόνηρος Ἀρτέμων.* Aristophanes igitur, qui duplici modo Anacreontem imitatus est (nam poeta et *ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων* et *ὁ πονηρὸς ὁ Ἀρτέμων* dixit) eius verba immutavit ea de causa, ut contra omnium exspectationem sic pergens acerba cum irrisione illud dicere voluisse videretur. Quia autem hoc modo, leviter tantum rem indicans, ad Anacreontis verba alludit, constat tum eius carmina Athenis omnium in ore fuisse. Quod ex tribus aliis quoque locis non minus apparet (cf. Thesm. 161, av. 1372 et Athen. XV 694a: *ἐν Δαιταλεῦσιν λέγων οὕτως· ᾆσον δή μοι σκόλιόν τι λαβὼν Ἀλκαίου κἀνακρέοντος*). Scholiastes ad illa Aristophanis verba haec adnotat: *οὐδ' ὁ περιπόνηρος· ὡσεὶ ἔλεγεν ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων, ἀπὸ τῆς παροιμίας, ἧς μέμνηται καὶ Ἀνακρέων, ταχθείσης ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός. παρ' ὑπόνοιαν δὲ ἔφη τὸ Ἀρτέμων. οὐ γὰρ τοῦτον ἀλλὰ τὸν Κρατῖνον βούλεται δηλῶσαι. συνεχρόνισε δὲ τῷ δικαίῳ Ἀριστείδῃ οὗτος ὁ Ἀρτέμων, ὃς ἦν ἄριστος μηχανητής. διὰ δὲ τὸ χωλὸν αὐτὸν εἶναι, ὅπου ἂν κατειλήφει πόλεμος καὶ χρεία μηχανῆς ἦν ἐπὶ τὸ τεῖχος καταβληθῆναι, ἢ τὸ τοιοῦτον, μετεπέμποντο αὐτὸν φερόμενον. ἀπὸ τούτου οὖν ἡ παροιμία. καὶ πάντες οἱ σοφοὶ περιφόρητοι καλοῦνται.* Duae sententiae quin ibi contaminatae sint dubium esse non potest. Ac primum quidem hunc Artemonem machinatorem et claudum fuisse scholiastes dicit similem de eo memoriam atque Ephorus secutus, et Aristidis tempore eum vixisse

52) Clazomenium illum fuisse narrat Diod. XII 28, qui ab Ephoro pendet.

falsissime sumit; deinde autem prorsus aliam vocabuli *περιφόρητος* interpretationem profert, nam illud dictum esse vult *ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός*. Quibuscum cf. Miller, Mélang. p. 356 (et corp. paroemiogr. I 441): *ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων· μέμνηται ταύτης Δίφιλος ἐν Ἐμπόρῳ καὶ Ἀνακρέων. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν πάνυ ποθουμένων. φασὶ γὰρ ὅτι νεανίσκος ἐγένετο περιμάχητος ταῖς γυναιξὶν οὗτος ὁ Ἀρτέμων. ἄλλοι δὲ ὅτι μηχανοποιὸς ἐγένετο σοφώτατος κατὰ τοὺς Περικλέους χρόνους· χωλὸς δὲ ὢν περιεφέρετο ἐπὶ τῷ ὁρᾶν τὰς μηχανάς*, ubi duplicem hanc memoriam repetitam esse vides. — Quae interpretatio praeferenda sit, docemur ex iis, quae scholiastes ad Ar. l. c. v. 849 adnotavit: *Κρατῖνος· . . . κωμῳδεῖται δὲ ἐπὶ μοιχείᾳ καὶ ὡς ἀσέμνως κειρόμενος. μοιχὸς δὲ εἶδος καὶ ὄνομα κουρᾶς ἀπρεποῦς κιναιδώδους. μιᾷ δὲ μαχαίρᾳ εἶπεν ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ξυράφιον.* Cratinus, qui cum Artemone comparatur ab Aristophane, *μοιχός* denotatur; Artemon igitur ipse item alienarum uxorum corruptoris nota per ludibrium ab Anacreonte signatus est. Notum est moechos crinium evulsorum poena esse multatos: atque apud Anacreontem fr. 21, 8 de Artemone haec dicuntur: *κόμην πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος*. Cf. schol. Ar. Plut. 168 (etsi poena ibi paululum alia est): *ὁ δ' ἁλοὺς γε μοιχὸς διά σέ που παρατίλλεται· . . . τὰς τρίχας τοῦ πρωκτοῦ τίλλεται. αὕτη γὰρ ὥριστο δίκη τοῖς μοιχοῖς πένησιν, . . . οἱ γὰρ πλούσιοι χρήματα παρέχοντες ἀπελύοντο.* Omnia igitur optime nonne congruunt? Iam *περιφόρητος* quid significet amplius incertum esse non potest. Genuinam habet vim in Her. IV 190 *περιφόρητα οἰκήματα* (Suid. *περιφόρητα· ἀκτά. Ἡρόδοτος*). Atque ut de viro dici potest, cuius nomen omnium in ore est (cf. schol. Ar. l. c. *καὶ πάντες οἱ σοφοὶ περιφόρητοι καλοῦνται*), sic de iuvene quoque propter pulchritudinem ab omnibus feminis amato. Chamaeleon igitur et Heraclides vocabulum falso interpretati sunt. — Sed conferas ea quae de Artemone ex Heraclidis libro Plutarchus reddit: haec enim cum eandem speciem prae se ferant atque fr. 21, ab Anacreonticae poeseos indole minime aliena sunt; ex carmine igitur quodam Anacreontis Heraclides eorum notitiam nonne sumpsit (ex eodem, ex quo fr. 21a), cui ipse addidit *καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη περιφόρητος*?

πίνω, προπίνω, ἐκπίνω, ὑποπίνω.] Serv. Verg. Aen. I 749: ***bibebat amorem: allusit ad convivium. Sic Anacreon*** (fr. 163): *ἔρωτα πίνων*. Eandem significationem retinet *μεθύων ἔρωτι* (fr. 19). Cf. Philostr. imagin. I 15 *μ. ἔ. φησὶ περὶ τῶν ἀκρατῶς ἐρώντων ὁ Τήιος* (sicut de mero dictum). Quoniam hanc locutionem Anacreon primus usurpavit, etiam illud *ἔρωτα πίνειν* primum eum adhibuisse verisimile est ex indole poetae. Cf. Bion epitaph. 45: Venus *ἔγρεο τυτθόν, Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλησον. τοσσοῦτόν με φίλησον ὅσον ζώει τὸ φίλημα, ἄχρις ἀπὸ ψυχᾶς ἐς ἐμὸν στόμα κεὶς ἐμὸν ἧπαρ πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ, τὸ δέ σευ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω, ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα*; et A. P. V 305 *μεθύω τὸ φίλημα πολὺν τὸν*

ἔρωτα πεπωκώς. — fr. 57 φίλη γὰρ εἶς ξείνοισ', ἔασον δέ με διψῶντα πιεῖν. De πίνειν = φιλεῖν cf. Meister. ad Herodam 1, 25. — Verbi compositi προπίνειν duplex usus est apud Anacreontem. fr. 63 ἄγε δὴ φέρ' ἡμὶν ὦ παῖ κελέβην, ὅκως ἄμυστιν προπίω, h. e. ut propinem. Cf. Ar. Thesm. 630 — φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; — ἐπίομεν. — τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; — προὐπίνομεν (ἀλλήλαις ἐδεξιούμεθα schol.). Eandem vim habet ἐκπίνειν fr. 82 ἐγὼ δ' ἔχων σκύπφον Ἐρξίωνι . . . μεστὸν ἐξέπινον, — ἀντὶ τοῦ προέπινον addit Athenaeus (XI 498 c); apud Homerum significat 'ebibo, exhaurio' (ι 353, 361; κ 237, 318) aut 'potando consumere': χ 56 ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδοται. Propriam vocabuli προπίνειν notionem habes Pind. O. VII 1 φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε. schol. προπίνειν ἐστὶ κυρίως τὸ ἅμα τῷ κράματι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι. Pergit scholiasta: Ἀνακρέων (fr. 66): 'ἀλλὰ πρόπινε ῥαδινοὺς ὦ φίλε μηρούς' ἀντὶ τοῦ χαρίζου. καὶ Δημοσθένης τοὺς προδιδόντας τὰς πατρίδας τοῖς ἐχθροῖς προπίνειν ἔφη. Hanc autem vim, quam ex Demosthene scholiasta adnotavit, habet his locis: 18, 296 ἐπιλείψει με λέγονθ' ἡ ἡμέρα τὰ τῶν προδοτῶν ὀνόματα. οὗτοι πάντες εἰσίν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, . . . ἄνθρωποι μιαροὶ . . . τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νῦν δὲ Ἀλεξάνδρῳ; 3, 22 προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει, καὶ τὰ μὲν τούτων πάντα καλῶς ἔχει, τὰ δ' ὑμέτερ' αἰσχρῶς. Sed in tragico quoque sermone huius locutionis exempla exstant. Cf. Harpocr. 159, 6 προπεπωκότες· ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες· ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος (fr. 131)· τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ, δοριλυμάντους Δαναῶν μόχθους, οὓς ⟨προπεπωκὼς⟩ εἴσω κλισίας ⟨θάσσεις⟩; Eur. Rhes. 404 σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν βάρβαρός τε βαρβάρους Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος. — Anacr. fr. 63, 10 καλοῖσ' ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις; ex iis verbis quae antecedunt apparet de modico potu esse intellegendum. Idem significat in Antiphanis verbis apud Athen. II 40 c: συνεχῶς μὲν γὰρ ἐμπιπλάμενος (οἴνου) ἀμελὴς γίνεται ἄνθρωπος, ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός, Alexis ibid. I 34 c: ἐχθὲς ὑπέπινες, εἶτα νυνὶ κραιπαλᾷς. Paullulum immutata cum vi usurpatur Xen. Cyrop. VIII 4, 9 ἐκ τούτου δή, ἐπεὶ ὑπέπινον, ἤρετο ὁ Ὑστάσπης τὸν Κῦρον, h. e. cum aliquantulum potavissent. Deinde de ebrio quoque dicitur. B. A. I 115, 10 ὑποπίνειν· ἀντὶ τοῦ μεθύσκεσθαι. οὕτως Νικοφῶν Πανδώρᾳ. Cf. Ar. Lys. 395 ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ' ἡ γυνή . . .

πολύκροτος.] Apud Homeram κροτέω invenitur, velut *O* 453 ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι κείν' ὄχεα κροτέοντες, sed non πολύκροτος, quod primum legitur h. Hom. XVIII 37, ubi Faunus sic nominatur. Anacr. fr. 90 de femina τῇ πολυκρότῃ σὺν Γαστροδώρῃ, h. e. ganniente. Athen. XII 527 f (e Posidonio): καταυλ-

ουμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφον, h. e. multos sonos edentis.

προσηνής.] fr. 15, 2 ἀστοῖσι προσηνής. Hes. προσηνής· προσφιλής. — προσηνές· καλόν. ἡδύ. ἐπιεικές, ἀγαθόν, πρᾶον, χρηστόν. — Pind. P. III 52 τοὺς δὲ προσανέα (sc. φάρμακα) πίνοντας, X 64 πέποιθα ξενίᾳ προσανεῖ. In prosa oratione legitur velut Her. II 94: ἔστι δὲ πῖον (sc. σιλλικύπριον) καὶ οὐδὲν ἧσσον τοῦ ἐλαίου τῷ λύχνῳ προσηνές, Thuc. VI 77: τοῖς δὲ ὡς ἑκάστοις τι προσηνὲς λέγοντες.

πώγων.] fr. 21, 9 de Artemone πώγωνά τ' ἐκτετιλμένος. Vocabulum legitur apud Herodotum (velut I 175, VIII 104), saepius apud Aristophanem. Tragici poetae translate tantum eo usi sunt: Aesch. Ag. 293 φλογὸς πώγωνα, Eur. fr. 836 πώγωνα πυρός. Poll. II 88: ἐν δὲ τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρὸς ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τῆς φλογός.

ῥυσμός.] Primum legitur apud Archilochum (fr. 66, 7): γίγνωσκε δ' οἷος ῥυσμὸς (sic Vind.: haec forma est ionica) ἀνθρώπους ἔχει. Inversa structura dicit Anacreon (fr. 74): ἐγὼ δὲ μισέω πάντας, ὅσοι χθονίους ἔχουσι ῥυσμοὺς καὶ χαλεπούς (οἳ et ῥυθμούς libri: em. Bergk.). Cf. Theogn. 963: μή ποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνέως, ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅντιν' ἔχει. Tribus his locis eandem notionem habet vocabulum: significat hominis mores, consuetudinem. — Her. V 58 . . . μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον (Graeci) καὶ τὸν ῥυσμὸν (ῥυθμόν libri) τῶν γραμμάτων, sc. formam litterarum, quarum scientiam a Phoenicibus acceperant. Aristot. de anima I, 2 p. 404 a, 7 τούτων (sc. τῶν ἀτόμων) δὲ τὰ σφαιροειδῆ ψυχήν, διὰ τὸ μάλιστα διὰ παντὸς δύνασθαι διαδύνειν τοὺς τοιούτους ῥυσμούς, καὶ κινεῖν τὰ λοιπὰ κινούμενα καὶ αὐτά. Quod vocabulum alio loco (Metaphys. I 4 p. 985 b, 16; VII 2 p. 1042 b, 14) per σχῆμα interpretatur. Philoponus B. fol. 7 b, qui eodem modo vertit, vocat λέξιν Ἀβδηριτικήν. Democritus igitur hoc vocabulo saepissime usus esse videtur (cf. velut fr. 167 Natorp.) et Abderiten scripsisse περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν et περὶ ἀμειψιρυσμῶν Diogenes Laertius (IX 47) testis est. Abderitae autem et Teii eodem sermone usi sunt.

σατίνη.] fr. 21, 10 νῦν δ' ἐπιβαίνει σατινέων de Artemone. Hes. σατίναι· αἱ ἅμαξαι. h. Ven. 13 Minerva homines docuit ποιῆσαι σατίνας τε καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ. Eur. Hel. 1311 θηρῶν ὅτε ζυγίους ζεύξασα θεὰ σατίνας. — Vocabulum recte coniungit Mehlhornius (cf. Anacr. p. 227) cum hac glossa Hesychii σάσαι· καθίσαι. Πάφιοι.

σαῦλος. h. Merc. 28 σαῦλα ποσὶν βαίνουσα, de testudine dictum, quae incedens pronum corporis pondus huc vel illuc demittit; Semon. in Et. M. 270, 44 διασαυλούμενος· ἁβρυνόμενος καὶ διαθρυπτόμενος. παρὰ τὸν σαῦλον, τὸν τρυφερὸν καὶ γαῦρον. Σιμωνίδης ἐν ἰάμβοις (fr. 18)· καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίτης; Anacr.

fr. 168 *σαῦλα βαίνειν*. In tribus his vocabuli exemplis vetustissimis locutionem eandem esse vides. Hes. *σαῦλα· κοῦφα. ἥσυχα. τρυφερά.* — Anacreon alio loco (fr. 55) Bacchas sic nominat: *σαῦλαι Βασσαρίδες.* — Hes. *σαῦλον· ἁβρόν· κοῦφον. ἄκρον τρυφερόν. Ἀττικοί.* Adiectivum quidem apud Atticos non invenitur, sed *σαυλοῦσθαι* apud Euripidem Cycl. 40 (Silenus choro): . . . *Βακχίῳ κώμοις συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους προσῆτ' ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι*; et *σαυλοπρωκτιᾶν* obscoeno sensu Ar. vesp. 1173. Atticae autem originis, id quod grammaticus vult, vocabulum minime est, sed potius alienae atque Thraciae quidem Ut praeter *νάβλας* (vel *νάβλα*), instrumenti cuiusdam barbarum nomen (Strab. X 471), etiam alia eius forma traditur *ναῦλα* (Soph. apud Plut. mor. 394 *οὐ ναῦλα κωκυτοῖσιν οὐ λύρα φίλη*, quae codicum lectio integra confirmatur Hesychii testimonio s. v. *νάβλας·* . . . *καὶ ναῦλον τὸ αὐτὸ ὄργανον*), sic praeter *σαῦλος* formam hanc quoque * *σάβ-λος* exstitisse docemur vocabulis *σάβ-ος*, *σάβ-ας*, *Σαβ-άζιος* ab eadem stirpe derivandis. *Σαβάζιος* autem Bacchus a Thracibus et Phrygibus nonne nominabatur? Cf. velut schol. Ar. vesp. 9, av. 875. *σαῦλος* igitur est vox in utraque gente usitata, qua proprie significabatur turbae deum comitantis habitus, quae in furorem acta truculento clamore corpora iactans Bacchum vocat (nam *σαβάζειν* est *εὐάζειν*, *βακχεύειν*), vel quae delicato et molli ingressu gradum suspendit; indeque ad alias res specie similes denotandas translata. Hanc Hesychii glossam: *σαυάδαι· σαῦλοι* (*σαῦδοι* cod.: em. I. Vossius). *Ἀμερίας τοὺς Σειλήνους οὕτω καλεῖσθαί φησιν ὑπὸ Μακεδόνων* ad eandem stirpem redire quam recte Rohdius coniecerit (Psyche p. 307, 1) apparet. — Anacreontem ritum, quo Bacchae deum colebant, describentem hoc loco duo vocabula e Thracum sermone derivanda posuisse memorabile: cf. enim ea, quae p. 75 de *Βασσαρίς* exposui.

σινά-μωρος.] Alia vocabula eodem modo formata sunt *ἐγχεσί-μωρος* (legitur velut *H* 134, *γ* 188) et *ἰόμωρος* (*Δ* 242, *Ξ* 479) et *ὑλακό-μωρος* (*ξ* 29, *π* 4). Haec sermonis epici propria sunt, *σινάμωρος* autem primum legitur apud Anacreontem (de quo v. infra). Atque Curtius probabiliter coniecisse mihi videtur (cf. Etym.[5] 330), syllabam *μωρ-* in his verbis compositis redire ad stirpem *μερ-* quae significat ‚bedacht sein auf'. Atque veterum grammaticorum interpretatio cum hac sententia optime congruit. Cf. Apoll. Soph. 91, 25 *ἰόμωροι* . . . *βέλτιον δὲ ἀκούειν οἱ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένοι* (quae etymologia falsa est: rectius explicat Schol. Townl. *Δ* 242 . . . *οἱ δὲ περὶ ἰοὺς πεπονημένοι*), *καὶ οἱ περὶ τὸ ὑλακτεῖν πεπονημένοι* (cf. 157, 22), *καὶ οἱ περὶ τὰ ἔγχη* (cf. 62, 4). Aliud eiusdem formationis exemplum affert Hesychius *σούμωρος· κεχορτασμένος, πλήρης*. *σινά-μωρος* igitur denotat eum, qui aliis (vel sibi) nocere studet. Derivatum enim est a verbo *σίνο-μαι* (*σινα-* formatum est ut *ἀκρά-χολος* ab *ἄκρος* Ar. eq. 41, *νοθα-γενής* a *νόθος* Eur. Ion. 592 aliaque: cf. Lobeck., Phryn. 661), quod legitur *Ω* 45: *αἰδώς*,

ἤτ' ἄνδρας μέγα σίνεται ἠδ' ὀνίνησιν (= Hes. opp. 318); λ 112 (= μ 139) εἰ δέ κε σίνηαι scil. Solis boves. Cf. μ 114 ὅτε μοι σίνοιτό γ' ἑταίρους; ζ 6 Phaeaces antea sedes habebant ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων, οἵ σφεας σινέσκοντο. Hes. fr. 143 καὶ οὐ σινέσκετο καρπόν. Hes. σίνεσθαι· κακουργεῖν. βλάπτειν, ἢ βλάπτεσθαι. Verbi activa forma ex hac tantum Hesychii glossa nota est: προσίναντες· βλάψαντες. Forma aeolica est σίννομαι: Sapph. fr. 12 ὅττινας γὰρ εὖ θέω, κῆνοί με μάλιστα σίννονται (σίνονται libri: em. Ahrens; cf. Herodian. II 303, 5 L.). Et. M. 713, 27 σινάμωροι πολεμίζουσι θυρωρῷ (θυρωροί codd.: em. Bergk.)· ἐν δευτέρῳ Ἀνακρέων (fr. 52)· μεμορημένοι (cf. supra) φησὶ πρὸς τὸ σίνεσθαι· ἐξ οὗ ἠκούσμεθα τοὺς ἐξ ἅπαντος κακουργεῖν προαιρουμένους. οἱ μὲν Ἀττικοὶ λέγουσι σιναμωρεῖν τὸ λιχνεύειν· καὶ Φερεκράτης τὰ τοιαῦτα κλέμματα σιναμωρεύματα καλεῖ. Ὦρος. Cf. Hes. σινάμωρος· κακόσχολος. Eadem cum vi utitur Her. V 92 ζ ἄνδρα τῶν ἑωυτοῦ σινάμωρον (v. schol. apud Stein. II p. 433). Hippocr. περὶ ἄρθρων IV 216 L.: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ ἄν τις θεήσαιτο, ὧν τὰ μὲν ἰσχυρὰ ἀσινέα ἐστὶ καὶ καθ' ἑωυτὰ τὴν κρίσιν ὅλην λαμβάνοντα τοῦ νοσήματος, τὰ δὲ ἀσθενέστερα σινάμωρα (sic MN: alii σινόμωρα non recte). Propria vocabuli notio, quam etymologus Atticis tribuit, exstat Ar. nub. 1070 γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει (schol. ἀντὶ τοῦ συνεχῶς ἀνδρὶ συνουσιάζουσα πρὸς μίξιν, τουτέστιν γαμουμένη. σινάμωρον γὰρ τὸ πορνικόν). Phot. σινάμωρος· . . . ὁ λίχνος καὶ ἀψίκορος.

σκιαδίσκη ἐλεφαντίνη fr. 21, 11 nominatur umbraculum eburneo manubrio, quo Artemon in modum feminarum super caput tenens solis aciem arcet. σκιάδειον Atticis: Ar. Thesm. 823. 829; eq. 1348. Cf. schol. Ar. av. 1508 σκιάδειον· κατασκεύασμά τι τὸ σκιάδιον, ὅπερ ἔχουσιν αἱ κανηφόροι ἀπιοῦσαι εἰς τὰ Ἐλευσίνια ὑπὲρ τοῦ μὴ καίεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Cf. quoque Poll. X 127.

στέγη.] fr. 84, 2. Neque in sermone epico neque apud Pindarum exstat: sed apud poetas tragicos saepissime invenitur, praeterea apud Herodotum velut II 148. 175.

σύμβουλος.] fr. 2, 10 Κλεοβούλῳ δ' ἀγαθὸς γένεο σύμβουλος... Vetustissimum hoc vocabuli exemplum esse videtur. Legitur cum eadem vi apud Aeschylum. — συμβουλία de consilio dictum semel exstat apud Pindarum (fr. 2), saepius apud Herodotum, qui verbo quoque συμβουλεύειν (i. e. suadere) utitur.

συνηβῶ.] fr. 24, 2 οὐ γὰρ ἐμοὶ ⟨παῖς⟩ ἐθέλει συνηβᾶν, 44 ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν, χαριτόεν ἔχεις γὰρ ἦθος. Verbum est amatorium. Cf. Hes. συνηβᾷ (συνή cod.: em. Barnes.)· συμπαίζει. συνακμάζει. Eandem vim habet in scolio apud Athen. XV 695 d: σύν μοι πῖνε, συνήβα, συνέρα, συστεφανηφόρει. Illud autem atticum carmen populare, cum idem vocabulum in vetustiore Graecorum poesi alio loco non inveniatur, hac in re ab Anacreonte pendere vix recte coniecisse mihi videtur Reitzenstein (Epigramm u. Skolion p. 20); nam

etiam verbum simplex similiter usurpatur, velut Anacr. fr. 18: *ψάλλω δ' εἰκοσίχορδον μαγάδιν ἔχων, ὦ Λεύκασπι, σὺ δ' ἡβᾷς*, et in alio scolio (ibid. p. 694 e: *ἡβᾶν μετὰ τῶν φίλων*). Cf. Hes. *ἡβᾶν· ἀκμάζειν, νεάζειν, εὐωχεῖσθαι, μεθύσκεσθαι.* Vide etiam *ξύνηβος· συμπότης, συνῆλιξ.* Praeterea *ἐνηβητήρια* nominat deversoria ad convivia agenda comparata Herodotus II 133. Cf. Hes. *ἡβητήρια· ἑστιατήρια. καταλύσεις* (*συμπόσια* Athen. X 425 e).

τακερός.] Proprie dicitur de amantibus, quorum medullae amore tabescunt, atque de eorum vultu desiderium indicanti. De Cupidine ipso apud Ibycum (fr. 2, 1): *Ἔρος δεῦτέ με κυανέοισιν ὑπὸ βλεφάροις τακέρ' ὄμμασι δερκόμενος*, item Anacreon (fr. 169) *τακερὸς δ' Ἔρως.* Schol. Ap. Rh. III 120 activa cum vi hoc loco dictum esse non recte iudicat de deo, per quem amantis corpus tabidum fit: in deum potius ipsum transfertur species amantis. — Deinde cf. Philet. apud Athen. XIII 559 a: *ὡς τακερόν, ὦ Ζεῦ, καὶ μαλακὸν τὸ βλέμμ' ἔχει*, Alciphr. ep. 1, 28: *πῶς οὖν τακερὸν βλέπεις*, Antip. A. P. IX 567: *Ἀντιοδημίς, ἡ τακεραῖς λεύσσουσα κόραις μαλακώτερον ὕπνου.* Lucian. Toxar. 15: *καὶ ἐπεὶ ᾔσθετο πονηρῶς ἔχοντα καὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι καὶ τακερὸν γεγενημένον.* Cf. quoque Hes. *τακερόν· τηκτόν. οἰκτρόν.*

τρύξ.] fr. 41, 2 *στεφανοῦταί τε λύγῳ καὶ τρύγα πίνει μελιηδέα.* Hes. *τρύγα· οἶνον ἀδιήθητον ἀπὸ ληνοῦ.* Mustum igitur significat; item Ar. nub. 50 *ὄζων τρυγός, τρασιᾶς*; pac. 576 *τῆς τρυγός τε τῆς γλυκείας.* Utroque loco schol. *νέου οἴνου.* Cf. Poll. VI 18: *τὸν δὲ οἶνον καὶ τρύγα Κρατῖνος ἐν Ὥραις· 'ἀλλ' ἦν ὅτ' ἐν φώσωνι τὴν ἴσην ἔχων μετ' ἐμοῦ διῆγες, οἴναρον ἕλκων τῆς τρυγός.*

ὑποθυμίς.] Athen. XV 674 c: *ἐκάλουν δὲ καὶ οἷς περιεδέοντο τὸν τράχηλον στεφάνους ὑποθυμίδας, ὡς Ἀλκαῖος ἐν τούτοις* (fr. 36)· *'ἀλλ' ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραισι περθέτω πλεκτὰς ὑποθυμίδας τίς'. καὶ Σαπφώ* (fr. 46)· *'καὶ πολλαὶς ὑποθυμίδας πλεκταὶς ἀμπ' ἀπαλᾷ δέρᾳ'. καὶ Ἀνακρέων* (fr. 39)· *'πλεκτὰς δ' ὑποθυμίδας περὶ στήθεσι λωτίνας ἔθεντο'.* 678 d: *ὑποθυμὶς δὲ καὶ ὑποθυμίδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσιν καὶ Ἴωσιν, οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο, ὡς σαφῶς ἔστιν μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεως. Φιλητᾶς δ' ἐν τοῖς Ἀτάκτοις ὑποθυμίδα Λεσβίους φησὶν καλεῖν μυρσίνης κλῶνα, περὶ ὃν πλέκειν ἴα καὶ ἄλλα ἄνθη.* Haec autem corona sic nominabatur *διὰ τὴν ἀποφορὰν καὶ ἀποθυμίασιν*: Plut. quaest. conv. III 1, 3 — Vocabulum igitur est asiatico tantum in sermone usitatum.

ὑποπόλιος.] fr. 25 *γένειον ὑποπόλιον*, h. e. subcanum, aliquantum canum. Homerus *μεσαιπόλιος* dixit (*N* 361).

φαλακρός.] fr. 68 *φαλακρὸς Ἄλεξις*, calvus. Her. IV 23 *ἄνθρωποι φαλακροὶ ἐκ γενεῆς γενόμενοι*; cf. III 12. Ar. pac. 771, nub. 540; Herodas 6, 59. 76; Eur. Cycl. 227 *πρόσωπον φαλακρόν.*

φιλόφρων.] Apud Homerum *φιλοφροσύνη* tantum in usu est de comitate. *φιλόφρων* legitur Anacr. fr. 41 (ὁ) *Μεγίστης ὁ φιλόφρων*, Pind. P. I 94 *φ. ἀρετά*, VIII 1 *φ. Ἀσυχία.* Aesch. Pers. 109 *φιλόφρων γὰρ παρασαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει βροτὸν εἰς ἄρκυας ἄτα, τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν*, h. e. blanda, blanditiis decipiens; Eur. I. T. 1061 *φιλόφρον ἀλλήλαις γένος* (feminarum), *σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται*, h. e. mutuo auxilio inter se adiuvantes. Plutarchus, qui mor. 764 f poetae cuiusdam hunc versum reddit: *ἀμφὶ δέ οἱ δολόεντα φιλόφρονα χεῦεν ὄνειρα*, fallacia somnia.

φροντίς.] fr. 98 *δεῖ φροντίδα μὴ κατέχειν*, h. e. curae, aegritudini non esse deditum. Cf. Aesch. Pers. 161 *καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς*, et saepius apud tragicos, Herodotum.

χαριτόεις.] Hac adiectivi forma Anacreontem tantum usum esse veteribus grammaticis notum erat: cf. Herodian. *περὶ μον. λέξ.* (II 257, 20 L.). Non solum formatione, sed etiam notione *χαριτόεις* differt a *χαρίεις*. Atque hoc quidem omnino ea significat, quae iucunda vel grata sunt, velut Anacreon iuventutem (fr. 43) aut hirundinem veris advenientis nuntiam (fr. 67) sic nominat; *χαριτόεις* autem dicitur de eo, in quo singularis venustas et suavitas insunt. Atque Anacreon puerum quendam, ut videtur, quem magno amore amplectitur, sic alloquitur (fr. 44): *ἔραμαι δέ τοι συνηβᾶν, χαριτόεν* (*χαρίεν* libri: em. Bergk) *ἔχεις γὰρ ἦθος.*

χάσκω, quod apud Homerum omnino non invenitur, qui *χαίνω* semper dicit, genuinam vim habet inhiandi. Solon. 13, 36 ubi translate positum est: *ἄχρι δὲ τούτου χάσκοντες κούφησ' ἐλπίσι τερπόμεθα*, eos intellegit, qui vanae spei dediti res adversas sibi instantes non providentes sibi ipsis consulere omittunt. Anacreon de puella se ut senem spernenti dicit (fr. 14, 8) *πρὸς δ' ἄλλην* (sc. *κόμην*) *τινὰ χάσκει*, quae ad aliam (iuvenis) comam respectat desiderio capta. Ar. vesp. 695: *σὺ δὲ χασκάζεις τὸν κωλακρέτην, τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθεν.* schol. *ἀντὶ τοῦ ἐπιτηρεῖς πότε ἔλθῃ ὁ κωλακρέτης καὶ ἐνέγκῃ σοὶ τὸ τριώβολον.* — Hes. *χασκωρεῖν· περιβλέπειν.*

χθόνιος.] Vocabulum, quod genuina cum vi dicitur de subterraneo vel infero loco, cui etiam infestae rei notio adiuncta est, apud Anacreontem singulariter usurpatur. De fragmento 64 corrupte tradito certius aliquid dici non potest, quamquam *χθόνιος* ibi a schol. Hes. Th. 767 recte explicatum esse videtur per *στυγερός*; altero loco (fr. 74) Megisten Polycratis puerum poeta sic alloquitur: *ἐγὼ δὲ μισέω πάντας, ὅσοι χθονίους ἔχουσι ῥυσμοὺς καὶ χαλεπούς.* Bergkius (Anacr. p. 203) haec Anacreontis verba eos indicare persuasum habet, ‚qui facile irascuntur et difficiles sunt, sed iram, quam semel conceptam diu retinent, callide celant'. Sed haec interpretatio verborum sensum apte non reddit neque respondet verbis, quae se-

quuntur antecedentibus opposita: *μεμάθηκα δ'* [53]) *ὦ Μεγίστη τῶν ἀβακιζομένων* (h. e. *τῶν ἡσύχων καὶ μὴ θορυβωδῶν*). Idem est Megistes, quem poeta *φιλόφρονα* appellat fr. 41, 1. — '*χθόνιος*' quid sit docemur a Suetonio, qui in libello *περὶ βλασφημιῶν* inscripto vocabulum conviciose sic intellegendum esse dixit (Miller, Mélang. p. 418): *στυγνὸς καὶ κατηφὴς καὶ δόλιος* (= Eust. 1496, 38 . . . *χθόνιος, ὡς διὰ δόλον στυγνὸς ὢν καὶ κατηφής*). Dicitur igitur de eo homine, qui vultus tristitia et oculis atrociter humi defixis infestus aliis formidinem incutit, quibus sub hac specie subdolum animum et naturae foeditatem indicare videtur; aut dicitur de homine litigioso propter irae impotentiam subito exardescentem ab aliis devitato. — Similiter dictum esse videtur *χθόνιος* in hac Hesychii glossa: *χθονίαν λώβαν* (= fragm. tragic. adesp. 273)· *ἀντὶ τοῦ μεγάλην ὕβριν.*

χρυσοφάεννος.] fr. 25 *χρυσοφαέννων πτερύγων* (Cupidinis), h. e. auro fulgentium. Vocabulum ex aeolica poesi esse sumptum a poeta forma eius docet, ut *φαεννός* indidem a Pindaro et a tragicis (Eur., So. Ai. 395. 856). — *χρυσοφαής* dixit Euripides (Hipp. 1276 *χρ. Ἔρως*, Hec. 636 *ὁ χρ. Ἅλιος*).

ψάλλω.] Est: 'extremis digitis pellere, vellere'. fr. 17, 3 *ψάλλω πηκτίδα*; 18, 1 *ψάλλω . . μαγάδιν ἔχων.* Hic igitur de chordarum tantum pulsu dicitur, qui usus etiam postea valuit, ut, si quis aliter verbo uteretur, transferre videretur.

Postremo de proverbiis et metaphoris, quae apud Anacreontem inveniuntur, breviter agendum est.

Atque proverbia ibidem primum inveniuntur haec:

fr. 8. 1 *Ἀμαλθέης κέρας.* Zenob. II 48: *εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀφθόνως τισὶ παρεχομένων τὰς τοῦ πλουτεῖν ἀφορμάς· ἐπεὶ καὶ ὁ τὸ κέρας τῆς Ἀμαλθείας ἔχων πᾶν ὃ ἐβούλετο ἀφθόνως ἐλάμβανεν.* De vocabuli etymologia cf. Schoemann, opusc. II 260.

fr. 127 *Ταντάλου τάλαντα:* Cf. Bergk. l. c.

fr. 128 (= Zenob. V 20) *μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ.* Cf. Bergk. l. c.

fr. 85 *πάλαι κοτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.* Poeta his verbis indicat Milesios, quorum urbs, cum cives maiorum fortitudinis et alacritatis immemores et inter se discordes omni luxuriae et mollitiei dediti essent, pristina potestate privata est: cf. Athenaeum (XII 523 f), quem ex Aristotelis de Milesiorum civitate libello haec sumpsisse

53) Verba in codicibus corrupte tradita sunt. Schneidewin cum Fischero sic legi vult: μεμάθηκα δ' ὡς Μεγίστης . . ., h. e. cognitum habeo Megisten eorum esse, qui tranquillo animo sunt. Sed vix recte, nam poeta Megisten hoc carmine certe allocutus est. Neque quod Bergkius in editione quarta scribit μεμάθηκά σ' ὦ Μεγίστη . . probari potest, quia hoc enuntiatum cur asyndetice iuxta positum sit non intellegitur. Scribendum erit μεμάθηκα δ' ὦ Μ. τῶν ἀβακιζομένων et suspicandum ea verba, quibus constructio continuata et absoluta est, in testimonio praetermissa esse. Nam haec fere sententia exspectatur: 'cognitum autem habeo te, Megiste, eorum esse, qui tranquillo et facili animo sunt'.

Bergkius persuasum habet. Cf. schol. Ar. Plut. 1002: *εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονούντων, νῦν δὲ ἀτυχούντων.* De re vide etiam E. Meyer, Gesch. d. Altert. II, § 389.

De duobus proverbiis, quae sine poetae nomine servata Anacreonti tribuit Crusius, supra p. 1. 2, 1 iam egi.

Metaphorae per totum carmen continuatae exemplum inter alia Anacreontis quoque carmen affert Heraclides Ponticus (alleg. hom. 5 Mehler): *καὶ μὴν ὁ Τήιος Ἀνακρέων ἑταιρικὸν φρόνημα καὶ σοβαρᾶς γυναικὸς ὑπερηφανίαν ὀνειδίζων τὸν ἐν αὐτῇ σκιρτῶντα νοῦν ὡς ἵππον ἠλληγόρησεν, οὕτω λέγων* (fr. 75)· *πῶλε Θρηικίη κτλ.* Item metaphorice intellegendum est, quod poeta amore perfusus de se ipso a Leucade in mare desilienti dicit fr. 19. De fr. 38 et 47 supra iam egi.

Restat, ut ea, quae de Anacreontis copia verborum dicenda esse mihi visa sunt, paucis nunc complectar.

Ac primum quidem apud eum inveniuntur vocabula epici sermonis propria, quae cum poetae ex ipsius dialecto nota non essent, hac in re illius sectatorem eum esse constat. Inter ea praecipue commemorandum est verbum *γουνοῦμαι.* quod cur in hymno *κλητικῷ* a poeta positum sit (1, 1; 2, 6) ostendi (cf. s. v.); in primo autem carmine praeterea haec quoque vocabula inveniuntur epica: *ἐλαφηβόλος* et *θρασυκάρδιος.* Sed locutionis elatio et gratia, quam poeta in hoc carmine spectat, non solum eo efficitur, quod Homerum arte sequitur, sed cum libertate quadam eum imitatur; *δέσποιναν θηρῶν* enim Dianam nominat (v. 3), vocabuli *δέσποινα* vi immutata. Summam igitur curam [54]) in hoc carmine componendo a poeta esse adhibitam videmus. Praeterea haec exstant vocabula epica: *αἰνοπαθής* 36, *ἁλιπόρφυρος* 138, *ἀργυρότοξος* 110, *ἀστεμφής* 7, *γαλαθηνός* 51. 2, *εἴλυμα* 21. 4, *εὔκτιτος* 14. 5, *καλλίκομος* 69, *κάλυξ* 150, *κρείων* 111; et hae locutiones: *πόλεμον δακρυόεντα* 94. 2, *δυσηχέος πολέμοιο* 107, *πατρίδος αἴης* et *Νότου λαίλαπι χειμερίῃ* 113. Item ad epicum sermonem referenda sunt *αἰχμή* (de bello) 31, *ἐρίβρομος* 11, *νείκεα καὶ πόλεμον* 94. 2. Verba et locutiones, quae cum notione aut structura ab epico sermone usurpantur et ea de causa a grammaticis quoque veteribus commemorantur, haec sunt: *δέσποινα θηρῶν* 1. 3, *θάλειαν ἑορτήν* 54, *κορέω* (de homine) 5, *κωτίλος* 154, *νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνόν* 51, *ῥαδινός* 165. Praeter ea memorabilia sunt haec exempla: *ὡς* cum adverbio coniunctum 95 (haec igitur locutio non atticae tantum originis est), *ὑψηλὰ νενοημένος* (de animi superbia) 10, *ἀργυρῇ πειθώ* 33, *γλυκεροῦ βιότου* 43. 3, *στυγερῆς ἐν στροφάλιγγι μάχης* 100. 4, *εἷμα βουλεύειν* 109, *ἱμερόεντα βίον* 112. 1, *ἱμερτὴν ἡλικίην* 113. 4.

---

54) Vide quae de hoc fragmento nuperrime dixit Wilamowitz (Herm. XXX 179, 3).

Vocabula, quae in Ionum tantum et Aeolum sermone usitata erant, haec exstant: *δεῦτε, κελέβη* 32. 42. 63, 2; *πηκτίς* 17. 3, 22; *ὑποθυμίς* 39. Ionicae autem originis haec sunt: *ἁβρός* 17, 2. 134, *ἀδοιάστως* 95, *ἀμφίπολος* (de famula) 32, *ἀστραγάλη* 46, *γε μέν* 95, *γλυκερός* 43. 3, *δίζημαι* 4. 2, *ἐπείτε* 41, *εὖτε* 77, *πολιήτης* 1. 8, *ῥέζω* 109, *ῥυσμός* 74, *σατίνη* 21. 10; praeterea ea, quae ex cotidiano sermone poeta sumpsit: *ἀβακίζω* 74, *βερβέριον* 21. 1, *ἥδω* 148, *θεσμός* (= thesaurus) 58, *μαργοσύνη* 87, *μυθιητής* 16, *παμφαλᾶ* 160, *ῥαπίζω* 166, *σινάμωρος* 52; et meretricum nominationes: *λεωφόρος, μανιόκηπος, πανδοσίη, πολύυμνος* 156; *καταπτύστη* 152 (?). Praeterea aliorum quoque vocabulorum et locutionum, quae non tantum apud Iones in usu fuerunt, apud Anacreontem permulta inveniuntur exempla, quae item cotidiani vel vulgaris sermonis speciem prae se ferunt. Sunt autem haec: adiectiva in *-ινος, ἀκταινῶ* 137, *ἄμυστις* 63. 2, *ἀνασταλύζω* 43. 4, *ἀνήλατος* 140, *ἀστράβη* 141, *αὐτάγητος* 142, *βλέπω* 4. 75, *γαμοῦμαι* (de viro) 86, *γονύκροτος* 144, *δεξιός* 75. 6, *διοσκέω* 3. 3, *δίτοκος* 145, *δωριάζω* 59, *ἐθελόπορνος* 21. 5, *ἐκκωφέω* 81, *ἑορτὴν ἄγειν* 54, *ἐπιδίνομαι* 12 b, *ἡβᾶν* 18 et *συνηβᾶν* 24. 44, *ἡμετέρειος* 71, *θωμίζω* 21. 8, *θωρήσσω* (= *μεθύσκεσθαι*) 147, *ἱπποθόρος* 35, *ἱπποπείρης* 75. 6, *ἴτριον* 17, *κάθοδος* (= descensus) 43. 6 [55]), *καλή* (= *ἐρωμένη*) 119, *Καρικοεργής* 91, *κάσις* 12 a, *κίβδηλος* 21. 6, *κνιζή* 87, *κόκκυξ* 29, *κορέω* (de homine) 5, *κορωνός* 151, *Κύκη* 21. 11, *λαλάζω* 90, *λιάζω* fr. nov., *Λυδοπαθής* 155, *λῶπος* 80 b, *μοκλός* (de obice) 88, *μυροποιός* 30, *πέπειρα* (= *γραῖα*) 87, *περιφόρητος* 21a, *πέτομαι* (de amante) 9, *πίνω* (de amando) 57, *ἔρωτα πίνειν* 163, et *προπίνω* 66, *ὑποπίνω* 63. 11; *πολυκρότη* 90, *πυκταλίζω* 62. 4, *πώγων* 21. 9, *σαλαίζω* 167, *σκιαδίσκη* 21. 11, *στεφανίσκος* 54, *σφηκῶ* 21. 1, *ταντᾰλίζω* 78, *τίλλω* 13 b, *τρύξ* (= *νέος οἶνος*) 41, *φαλακρός* 68, *χαριτόεις* 44, *χάσκω* 14, 8. Hae autem locutiones ex cotidiano sermone sumptae maxime inveniuntur in eo fragmento omnium amplissimo, quo Artemon acerbissimo ludibrio vexatur a poeta, qui hac cavillandi cupiditate et alacritate Archilochi vestigia sese premere satis indicat. Totius carminis sermoni vulgari respondent etiam personae, quibuscum consuetudine Artemon ille coniunctus esse dicitur, homines, qui corpus suum prostituunt, quamquam nulla necessitate coacti sunt, et feminae, quae panem venalem habent. Rei igitur quae ibi agitur indoles proxime accedit ad veteris comoediae atticae habitum, cuius in scaenam eaedem quoque feminae procedunt. Praeter fr. 21 (et 21 a) haec quoque fragmenta ex ludicro carmine sumpta sunt: 9 (?). 13 b. 29. 30. 52. 60. 68. 72 b. 73 (?). 78. 79 (?). 84 [56]). 86. 87. 88. 90. 164.

---

55) Quod cum hac vi recenti demum tempore redit, item μνήσκομαι 94.

56) Hoc in fragmento duorum deorum fortasse Bacchi et comitis eius adventum describi non recte coniecit Crusius l. c. p. 2043. Anacreontis quidem carmen

Praeterea non desunt vocabula externae quoque originis.

Atque persicum quidem est ἀκινάκης 136, e Lydorum lingua originem ducunt βάρβιτος 143, μαγάδις 18; a Thracum sermone pendent Βασσαρίς 55, σαῦλος 55. 168; ad Siculorum dialectum redeunt κότταβος et λατάζω (derivatum a λάταξ) 53.

---

quoddam de deo advenienti egisse constat (cf. Himer. or. IV 3 = fr. 125), illorum autem versuum argumentum prorsus aliud est. Poeta enim pauperem quendam vel avarum ludibrio habet, cui peregrinae aut hospites, qui tecto ut sese recipiat ab eo petentes ignem tantum requirunt, ei iucundi sunt, quia liberale hospitium ab eo non postulant.

Index vocabulorum.

Conspectus siglorum.

[ ] signavi vocabula quae in epigrammatis leguntur.
♀ ,, ,, quorum certa forma non constat.
† ,, ,, corrupte tradita.
[( )] ,, ,, spuria.
( ) ,, ,, suppleta.
* ,, ,, quae primus } Anacreon habet.
** ,, ,, ,, solus }
numeri ( ) inclusi paginam indicant, qua de vocabulis agitur.

Λ.

N.

Ξ.

O.

Addendum.

ἀναχέω (p. 70). *ἀνά* hic eandem vim habet atque in *ἀναμείγνυμι* (Ω 529); est 'pro portione': tres partes vini cum duabus aquae partibus commiscentor. Poeta enim 'meracius' misceri iubet. — *ἀναχείσθω* singularem esse mihi non verisimile, quia pluralis quoque eadem imperativi persona item in -ω (non -ων) exit, cuius formae exempla et in aliis graecae linguae dialectis, et in ionica dialecto inveniuntur. In titulo enim saeculi quinti Thasiaco (Journ. of hell. stud. VIII 401) exstat [σωζ]έσθω, quod pluraliter intellegendum est. Cf. quoque quae dixit R. Meister in Berl. philol. Wochenschr. 1895, p. 917.

Indices.

Tabula argumenti.

Loci tractati aut emendati.

Index nominum.

Index rerum notabilium.

*) Cuius congruentiae aliud exemplum est Alcmanis carmen parthenium: cf. Kiessling, Philol. Unters. II 83.

Errata:

p. 11, adn. 3 inverso ⟨ordine⟩.
p. 27, adn. 8 duobus (!) tantum locis (2, 3; 12 a) trochaeus in primo glyconei pede apud Anacreontem invenitur.
p. 47, v. 13 Herodes: Herodas.
p. 53, v. 21 ἁβρῆ: ἁβρῇ.

Vita.

Natus sum Leo Weber Vimariae in Thuringis a. h. s. 68 mensis Iunii die undecimo patre Hugone, qui gymnasii Vimariensis tum erat professor, matre Rosa e gente Bertramorum Halensi oriunda. Fidei adscriptus sum evangelicae.

Vimariae litterarum elementis imbutus gymnasium, quod H. Rassovii auspiciis tum florebat, per tres annos frequentavi; postea autem cum pater Isenacum, ut ibi gymnasio praeesset, publice vocatus domicilium transtulisset, scholis Carolo-Fridericianis interfui, donec vere anni 88 studiis academicis qui me darem dignus iudicatus maturitatis testimonio instructus sum.

Ienam autem me contuli, ut studiis philologicis operam darem gentis exemplum secutus non unum tantum. Quae quidem post sex menses propter stipendia militaria Isenaci facienda interrupta post annum recepi iisque Ienae per ter senos menses deditus eram. Lectiones autem ibi adii Delbrueckii, Gaedechensii, Gelzeri, Goetzii, Gundermanni, Hirzelii, Klugii, Liebmanni, Regelii, Schraderi. Ad exercitationes historicas Gelzer, metricas Goetz, palaeographicas Gundermann benigne aditum mihi permiserunt; seminariorum philologici et germanici sodalis fui per annum. Quorum praeceptorum omnium in his Goetzii erga me benevolentiam et liberalitatem grata memoria retineo. Studia inde a vere anni 91 Monachiae per ter senos menses continuata summa comitate et humanitate adiuverunt de Christ, R. Schoell, de Wölfflin, quorum in seminariis receptus eram, ac de Brunn, cuius benignitas ad exercitationes archaeologicas ter aditum libenter mihi paravit; praeterea Stumpfii lectiones audivi. Rudolfi Schoellii prudentiae et sagacitati, Henrici de Brunnii aciei ingeniosae quam multa debeam me confitentem nunc utrumque non posse audire pia memoria dolet.

Bis autem horum annorum spatio ad exercitationes militares autumnales evocatus sum.

Georgiae Augustae universitatis desiderio pulsus hieme anni 92 Gottingam petivi, ut ibi studia academica perficerem. Docuerunt aut docent me viri doctissimi Gottingenses: Baumann, Dilthey, Gercke, Heyne, Lehmann, Leo, Müller, Roethe, Sauppe, omnium aetatis suae philologorum dux, qui viridi senectute florens vita decessit; Weiland, quem praematura morte nobis ereptum valde lugemus; de Wilamowitz. Regii philologorum seminarii per sex menses sodalis fui ordinarius, germanici adhuc sum; exercitationibus archaeologicis et seminario Carolo Dilthey auctore denuo constituto per duos annos interfui, ad exercitationes philologicas benigne aditum mihi concessit de Wilamowitz. Quorum praeceptorum, qui studia mea regebant, omnium benevolentiae mentem semper memorem fore scio, maximam autem gratiam habeo Udalrico de Wilamowitz, praeceptori venerabili, cuius curae nunquam remissae et adiumento indefesso has primitias sacras esse auctoris pietas voluit.

Frommannsche Buchdruckerei (Hermann Pohle) in Jena. — 1418